

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Caspar Cruciger Martin Luther Philipp Melanchthon


**D. Caspar. Crucigeri de Puritate Doctrinae In Ecclesia Conservanda Oratio : Una cum duabus D. Martini Lutheri Ac Phil. Melanthonis ad dissidentes Theologos quondam missis Epistolis In gratiam ac commodum Theologiae Cultorum in Academia Kilonensi recusa**

Kilon: Reuther, 1709

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821640887>

Druck Freier  Zugang





*Fg 3994*





D. CASPAR. CRUCIGERI

de

PURITATE DOCTRINÆ IN ECCLESIA  
CONSERVANDA

ORATIO

Una cum duabus

D. MARTINI LUTHERI

Ac

PHIL. MELANTHONIS

ad dissidentes Theologos quondam  
missis Epistolis

In gratiam ac commodum THEOLOGIÆ  
CULTORUM in Academia Kilonensi  
recusa.

*Præmissa est Dissertation*

D. HENR. MUHLII,

Theologi in Ecclesia ac Academia Hol-  
satica Primarii,

de

STUDIO ÆQVITATIS TUENDÆ ,  
ASSERENDÆ QVE ORTHODOXIÆ  
MAXIME NECESSARIO.

---

K I L O N I ,

Apud Barth. Reutherum, Acad. Typogr.

Anno M DCCIX.

3  
S9-3994



SUMME VENERANDO ATQVE MAGNIFICO  
DOMINO  
**D. ADAMO RECHEN-**  
**BERGIO,**  
THEOLOGO IN ACADEMIA LIPSIENSI  
PRIMARIO,  
ECCLESIAE CATHEDRALIS EPISC.  
MISENENSIS CANONICO,  
ALUMNORUM ELECTORALIUM  
EPHORO,  
MAJOR. PRINCIPP. COLLEGII COL-  
LEGIATO, RELIQUA  
VIRO CELEBERRIMO DEQVE EC-  
CLESIA ORTHODOXA  
AC  
ORBE LITERATO UNIVERSO,  
EGREGIE MERITO,  
**DOMINO FAUTORI ET AMICO SUO**  
**MULTIS NOMINIBUS ÆSTIMANDO,**  
Iteratam harum pagellarum editionem  
cum ipsa Dissertatione præmissa  
L. M. Q.  
*Sacram esse voluimus*  
**D. HENRICUS MUHLIUS.**

## VIR SUMME VENERANDE.

**J**ucunda mihi recordatio est  
veteris & in ædibus tuis  
suavissimoque isto convi-  
ctu ante aliquot annos  
cœptæ nostræ amicitiæ,  
quam plurimis subinde argu-  
mentis confirmasti, & ne quid  
benevolentia erga me tuae dees-  
set, tot egregiis simul ingenii  
monumentis, quibus nihil ele-  
gantius & exoptatius venire po-  
terat, velut æmulationis stimulis  
excitasti. Et sane rem non tan-  
tum gratissimam mihi fecisti,  
quod doctas ejusmodi *μελέτας* lu-  
cubrationesque tuas vel Kilo-  
nium vel Schlesvicum usque ad  
me curare voluisti, sed & meæ in-  
te observantiæ & huic in dies gli-  
scenti

scenti novas causas, nova fomen-  
ta suppeditasti. Nosti probe  
verissimam gravissimamque D.  
Hieronymi sententiam : Vera  
est illa necessitudo & Christi  
glutino copulata , quam non  
utilitas rei familiaris, non præ-  
sentia tantum corporum, non  
subdola & palpans adulatio, sed  
DEI timor & divinarum scri-  
pturarum studium conciliant.  
Neque enim ullum ad coñe-  
ctendas servandasque inter absentes  
etiam amicitias tenacius est vin-  
culum communi Spiritu Christi ,  
& studiorum ac morum simili-  
tudine ac consensu. Etsi igitur  
longo temporum ac locorum in-  
tervallo disjuncti sumus, ex hu-  
manissimis tamen ac multo sua-  
vissimis literis tuis & veterem  
Tibi in me abundantissime con-  
stare affectum , & Te conju-  
ctionem inter nos sanctissime

a 3

olim

olim initam , constanti iudicio  
 tueri ac conservare , quantum  
 satis intellexi. Idem de me per  
 alios etiam , ut opinor , cognovi-  
 sti dudum , non esse temere , qui  
 tam candide & sine fuso a-  
 manti vicem magis ingenuam  
 reddat , hocque diligentius curet ,  
 ne segniorem ac frigidorem in  
 pensando affectu posses arguere ,  
 cui tam prolixo favere studere-  
 que videbaris. Et ne de pro-  
 pensissima erga me voluntate tua  
 dubitem , interiores etiam pe-  
 toris sensus , & quid urat ac pre-  
 mat in illa temporum licentia ,  
 quantoque ὁρθοδοξίας & ὁμονίας  
 juxta studio ducaris , plenius haut  
 raro & confidentius in finum  
 meum effundis. Quid ? quod  
 nuper est , quod iste egregius &  
 æquirectique tenax animus , iste  
 rarus & nullis novitiis artibus  
 contaminatus candor amicissi-  
 mam

mam plenamque sapientiæ, gravitatis, & piæ sollicitudinis de Ecclesia epistolam Tibi expressit.

Ita sane est, candidissime RE-  
CHENBERGI, illæ querelæ, illæ indignationes tuæ de petulantî  
quorundam *über* ac importuna  
litigiosorum hominum procaci-  
tate an futilitate, ut sunt justissi-  
mæ, & maxime arguunt folli-  
citam pro commodo ac emolu-  
mento Ecclesiæ curam, ita re-  
prehendi a nemine nisi temere  
atque inique possunt. Enim ve-  
ro quod de beatiss. ac nulla un-  
quam ætate silendo socero tuo  
Spenero narras, ecquis sine in-  
dignatione, sine stomacho legat?  
multa quidem sunt & dictu gra-  
via & aspera perpeſſu, quæ inno-  
centem animam inter mortales  
olim affixerunt, & adhuc quo-  
que famam ejus lacerant; sed  
dubito tamen, an quid acerbius

duriusque esse possit , quam  
contemto conculcatoque omni  
pudore ex ipso beatorū numero  
publice exterminari. Et hoc ta-  
men sibi indulget impetuofissi-  
mus ille celeberrimi alioqui The-  
ologī fervor, qui modū ac finem  
non habet. Nec poterit aliter  
sane fieri, quam ut ejusmodi ri-  
gor & pervicacia acrior neque  
se satis capiens plurimis officiat  
& sibi pessime consulat. Miror  
odia, quæ nec cum morte finiun-  
tur, & grandem istam noxam Lu-  
therano Theologo indignam istis  
potius Franc. Junii quā meis ver-

(a) Eirennici „bis detestor : (a) Quā multi pro-  
part. I. ad „pter opiniones de aliis conce-  
Ps. 122. p. „ptas fratres suos, alienos servos,  
48. „propter quos Christus mortuus  
„est, temere condemnant. Apa-  
„ge istam insaniam, non homi-  
„ne Christiano, non naturali ho-  
„mine, non bruto animante  
dignam

dignam. Interim cum inquis  
 adeo judiciis vel meritissimos  
 etiam Theologos ad æternum  
 exitium usque solo partium stu-  
 diø condemnare videamus, po-  
 tius sentiamus cum illis, qui po-  
 steritati, vel, quæ vera posteri-  
 tas est, æternitati se suaque ma-  
 lunt approbari, ubi nec odio nec  
 æmulationi ac livori quicquam,  
 nihil malignitati seculi amplius li-  
 cebit. In hoc itaque, quod Chy-  
 træum memini de Fredero suo  
 prædicare, (b) ambitiosi simus, ut<sup>(b)</sup> Oratio  
 in timore DEI præsentia & pro-<sup>num pag.</sup>  
 pria vocationis officia recte fa-<sup>639</sup>  
 ciamus, & veritatis confessio-  
 nem a DEO nobis mandatam  
 modeste & constanter tueamur,  
 ut DEI & Ecclesiæ cœlestis ap-  
 probationem & gloriam in  
 omni æternitate affequamur.

Et quis cordatus æquo satis a-  
 nimō ferat iniquum, certe acer-

bum istud Pseudo-Apostolorum  
 convicium, quo Hafnienses illos  
 ad cursum religionis inter Bar-  
 baros Asiaticos promovendum  
 gloriose alegatos Ecclesiae mi-  
 nistros inconsiderate adeo a vi-  
 cino quodam Theologo lacessi ac  
 impeti quereris. Utrum hæc ra-  
 tio tempestiva satis sit, de eo vi-  
 derint alii. Ego severius paulo  
 & inhumanius factum puto,  
 quod audaciae ac impudentiae  
 notam vix deprecabitur. Et pra-  
 vum malignumque est bonorum  
 virorum incestare famam, & il-  
 lorum detrahere laudibus, qui  
 de Christianismo apud remotas  
 adeo gentes nec leviter nec tra-  
 latitie merentur. Imo dignius  
 ac reverentius vere regium istud  
 negotium tractandū esset, quod  
 faustis semel iterumque omni-  
 bus in Ecclesiastica etiam cathe-  
 dra Gotorpiensi religiosissime  
 pro-

prosecutus sum. Sed nosti, ve-  
 nerandum Caput, quam multum  
 in ejusmodi commentationibus  
 peccari fere soleat, non tantum  
 per impotentiam & pravam viti-  
 ligandi libidinem, sed impruden-  
 tia etiam & noxia quadam πολυ-  
 πραγματοσύνῃ, quae sæpius in Eccle-  
 sia turbas movet, & Magnatum  
 quoque offensas hæc temere in-  
 currit. Tunc erunt Disputatio-  
 nes fructuosæ, gravissimum,,  
 Augustini monitum est, (c) si,, (c) *In Psal-*  
 non ibi considerentur nisi viae,, *mum 118.*  
 Domini. Cæterum indecorum  
 esse arbitror non nisi uni Ortho-  
 doxiā alligari cathedrae, reli-  
 quas vel contemni, vel pensi  
 non haberi. Qui tantum sibi su-  
 munt, & vel dominium, vel ve-  
 ritatis monopolium quoddam  
 ambiunt, nescio quid imagin-  
 sum cum Donatistis patiuntur.  
 Atqui latius patent veræ ac puræ  
 doctrinæ

doctrinae limites, quam ut tam  
arctis iisque domesticis tantum  
spaciis includantur. Ac usque  
adeo in veteri illa Ecclesia im-  
probata fuit nefaria ejusmodi  
præsumtio, ut Hieronymus in di-  
„alogo adversus Luciferianos

(d) Tom. II.  
Operum.  
cap. 6.

„diserte scribat: (d) si Ecclesiam  
„per totum orbem diffusam non  
„habet Christus, aut in Sardinia  
„habet, nimium pauper factus  
„est. Et si Britannias, Gallias, O-  
„rientem, Indorum populos,  
„barbaras nationes, & totum si-  
„mul mundum possidet Satanus,  
„quomodo ad angulum universæ  
„crucis trophæa collata sunt?

Quod tandem pōst alia subjici-  
cis, me propius respiciens, pri-  
vatasque non neminis adversus  
fratrem petitiones, istud profecto  
tanti non est, ut vel Tibi vel mi-  
hibilem aut stomachum moveat.  
Nec sum ignarus harum rerum,

ac

ac mecum jam ante communica-  
runt alii, iique celeberrimi  
Theologi, quas ille comminiscatur  
artes, quas instruat machinas  
subdole, ut non tantum deprimat  
apud malevolos, sed & apud  
benigniores præjudiciis inson-  
tem urat. Ego certe malesanum  
viri impetum rideo, cui nec in-  
genium, fateor, nec judicium,  
vel ut appellitas, pars altera Pe-  
tri, suppetit, misereor tamen,  
quod licentius iterum ac confi-  
dentius audeat talia, quorum  
veniam a communione nostro, quem  
nominas, amico etiamnum ex-  
spectat, manifesto documento,  
quod utrumque monente alibi  
Melanthone, (e) periculosissi-  
mum sit, præcipitanter judica-  
re & *ιδιοβελεύειν*. Quicquid  
enim agit, inscio nec consulto  
Theologorum, aliquorumque, a-  
pud quos docet, Collegio agit.

Quo

(e) Selecta  
rum Deo-  
clam. tom.  
III. pag.  
701. seq. e-  
dit. Argens.

Quo necesse est fieri, ut in dete-  
rius subinde vergat, & pravæ ma-  
gis libidini quam rationi indul-  
geat. Est genus quoddam ho-  
minum, qui honesta specie, &  
nescio quo colore sagacissime-  
tiam apud exterorū viris haut raro  
irrepunt, vel optimum quemque,  
si odio habeant, & oppugnan-  
tem perversa viderint, criminari  
per literas in occulto soliti, quem  
palam & cominus lacescere sibi  
minime inultum futurū facile  
praevident. Quod tamen nec in-  
tegritati, nec pudori honesti viri  
nedum Theologi existimo con-  
venire, turpissimam certe falsi  
fratris notam secum trahit, de  
quo memini Lutherum & pru-  
denter & vere pronunciare: (f)  
„malos esse tyrannos, pejores  
„hæreticos, & pessimos fratres  
falsos. Hoc pacto cum animi mo-  
rem noster ille componat, nec  
satis

(f) *Vid. e-  
pistol. Theo-  
logorum  
Schlüsselb.  
p. 464.*

satis sobrie ludos agat, quid mirum, quod risum atque ludibriūm prudentioribus debeat, totque reprehensiones supremi et jam Magistratus incurrat, seque affligat, vel eam ob causā, quod Orthodoxos viros clam & subobscure, acerbe tamen infestatur, manifesto iniquus. Non defuerunt quidem, nec hodieque desunt, qui & ingenio validiores & rectiores judicio saniora subjiciant, quæque honestatis regulis ac Christianæ prudentiæ legibus magis convenient. Sed forsitan ille modum imponere nescit, ac pervicacius ad spargenda alibi convitia frontem obvertit, quod tamen nec invidiæ mihi nec noxæ futurum spero. Veritas mihi sacrosancta est, licet hæc Wigandi verba adjicere, (g) a morsibus autem Sy-“ ftoles Theol. cophantæ nemo poterit esse “ Schlüsselb.

im. p. 235.

“immunis. Multa etiam sperni oportet, & maximum semper habui, me conscientiae meae & cordatioribus Theologis probari rite. Interest igitur publice, ut horum æquanimitatem ac pietatem in me summopere deprædicem, obtestorque juxta alios, ut neque obnoxii ulli, nec infensi impudentiam viri agnoscant, cui dum haut satis roboris ad dijudicanda vetera novaque Theologorum placita, quæ tamen subinde publice privatimque crepat, ecquid magis consultum videbitur, quam ut aliis, quæ rectius novit, in posterum incumbat, mensuramque adeo muneris luculentius impleat. Neque enim instructus satis est, ut inolita apud nos sollicitet, & peregrinose ejusmodi ac aliunde traductos vel sensus vel mores ex formula Præceptorum suorum in Academia nostra

nostra unice firmet sustentetque,  
 a quibus Antecessores nostri iisque de communi Ecclesiae re meritiſſimi Theologi alieni olim  
 fuerunt, ab iis certe ne foedaretur animus, ſedulo ſemper operam dederunt. Horum exempla  
 conſectari tutius erit; ita neque maculæ aliquid neque dedecoris in pacis juxta ac veritatis ſtudia  
 deinceps admittet, nec male conſulta viri ſimplicitas in impudentiam emerget. Sed petulantia  
 omnis atque malignitas perpetuo aberit, qualem nempe ſimplitatem in Theologo Cyprianus  
 requirit, quæ contendendi turbandique libidini nihil, charitatē vero mansuetudinique multa debeat.  
 Ita enim sanctiss. Martyr, ubi de unitate Ecclesiae agit cap. VIII. (b) columbæ mansuetudo<sup>(b) edit.</sup>  
 Ecclesiam decet, non feritas luponum. In domo Dei, in Ecclesia

b                   fia

“Calixtine” “P. 17. ſeqq.

„sia Christi unanimes habitant,  
 „concordes & simplices perse-  
 „verant. Idcirco in columba  
 „venit Spiritus S. Matth. III. v.  
 „16. simplex animal & lætum est,  
 „non felle amarum, non morsi-  
 „bus lævum, non unguium la-  
 „ceratione violentum: hospitia  
 „humana diligere, unius domus  
 „consortium nosse, quum gene-  
 „rant simul filios edere, quum  
 „commeanit volatibus invicem  
 „cohærere, communis conversa-  
 „tione vitam suam degere, oris  
 „osculo concordiam pacis co-  
 „gnoscere, legem circa omnia  
 „unanimitatis implere. Hæc  
 „est in Ecclesia nescenda simpli-  
 „citas, hæc caritas obtainenda,  
 „ut columbas dilectio fraternita-  
 „tis imitetur, ut mansuetudo &  
 „lenitas agnis & ovibus coæque-  
 „tur. Quid facit in pectore  
 „Christiano luporum feritas &  
 canum

canum rabies ? & venenum le-  
 tale serpentum, & cruenta sæ-  
 vitia bestiarum. Hæc talia  
 commemorari in Christiano  
 indecorum ille putat, quem ita  
 nempe Christianum esse judicat  
 cap. III. (i) quomodo & Christum<sup>(i)</sup> ib. p. 29.  
 Diabolus sæpe mentitur, ipso<sup>(i)</sup> 31.  
 Domino præmonente & dicen-  
 te : multi venient in nomine  
 meo dicentes : ego sum Chri-  
 stus, & multos fallent, Marci  
 XIII. 6. Et quid tanto nomine  
 plane indignum sit in eodem ca-  
 pite paucis interjectis disertius  
 explicat: Unitatem simul & dile-  
 ctionem Christus magisterio suo  
 docuit. Prophetas omnes & le-  
 gem præceptis duobus inclusit.  
 Quam vero unitatem servat,  
 quam dilectionem custodit aut  
 cogitat, qui discordiæ fu-  
 rore vesanus Ecclesiam scin-  
 dit, fidem destruit, pacem tur-

b 2                    bat,

„bat, ch<sup>r</sup>itatem dissipat, Sacra-  
mentum profanat.

Hinc itaque patet, Venerande  
mihi RECHENBERGI, ut nunc  
pergam ad alia, quæque ad  
communem Ecclesiæ causam  
spectant, Orthodoxis Theolo-  
gis nihil magis convenire, quam  
mutuum charitatis ac concordiæ  
studium. Id quod magno jam  
olim consensu priscæ Ecclesiæ  
scriptores tradiderunt, adeo, ut  
contentiones illas disceptationes-  
que docentium multorum etiam  
variorumque in Ecclesia malo-  
rum ac afflictionum causas agno-  
scerent. Locus eam in rem e-  
gregius est apud Eusebium lib.  
VIII. H. E. c. I. Ubi cum initio  
pristina Ecclesiæ halcyonia alia-  
que lætiora sub Impp. Ethnicis  
perstrinxisset, ad atrociora ac  
magis tristia deinde tempora  
pergit, hancque labefactati istius  
status

status velut palmariam causam  
 subjicit: cum in Episcoporum nu-  
 mero alter alteri in videret, & se-  
 mutuis conviciis insectarentur, la-  
 cerarentque intestinis dissidiis, &  
 jurgia ac tumultus alios post alios  
 agitarent, atque tum, ait, divi-“  
 na ultio sensim ac moderate in“  
 nos cœpit animadvertere, tum“  
 nempe, cum Ecclesiæ Docto-“  
 res atque Episcopi invidia, ob-“  
 trestationibus atque inquis ju-“  
 diciis semet invicem afflige-“  
 rent, atque οἱ δοκτῆτες ἡμῶν πολ-“  
 μένες τὸν τῆς Θεοτερείας θεσμὸν πα-“  
 ρωσάμενος illi qui Pastores no-“  
 stri videbantur spreta pietatis“  
 regula, contentionibus mu-“  
 tuis exardescerent, nihil alud“  
 quam discordias, minas, æmu-“  
 lationes, odia, ac inimicitias“  
 spirantes. Sed nolo nunc ve-  
 tera vulnera pluribus refricare:  
 & quis nescit corruptos ejusmodi  
 in Antistitibus turbandi omnia

b 3

mores

mores plurima saepius & scandala & schismata peperisse. Qualia nimirum in Ecclesia Romana inter Cornelium & Novatianum, in Alexandrina inter Demetrium & Origenem, in Africana inter Felicissimum & Cyprianum contigerunt.

Quod cum ita esset pro pace ac concordia diligentius nitendum erat providendumq; ne nimia ac immoderata severitas inter alia etiam officeret, & concutiendis dividendisque fratrum animis occasionem materiamve praebiceret. Quocirca nihil aequae salubre ac frugiferum existimabant veteres, quam ut judicium non tantum ad ea, quae circa sacra assertanda erant, sed & aequitatem maxime afferrent, nec aliam docentium auctoritatem stabilirent, quam ut salva fidei compage in reliquis modeste ac verecunde a placitis eorum discedere impune liceret.

Sic.

Sic enim persuasi erant , fieri posse, quod Augustinus ad Hieronymum ep. 19. scribit : ut inter charissimos aliquid alterutro sermone contradicatur , nec tamen charitas ipsa minuatur , nec veritas odium pariat , quæ debetur amicitia . Atque hanc regulā sanctissimus ille Pater firmiter adeo tenebat, ut nec aliis quam egregiis hisce verbis suum a Cypriano dissensum ingenue pro-<sup>(k) l.2. con-</sup>  
 dendum putaret <sup>(k) tra Crescen-</sup> Si quorum laudem consequi non valeo<sup>tium cap.</sup>  
 quorum multis literis mea<sup>320</sup>,  
 scripta non comparo , quorum<sup>“</sup>  
 ingenium diligo , quorum ore<sup>“</sup>  
 delector , quorum virtutes mi-<sup>“</sup>  
 ror , eorum tamen hoc , quod<sup>“</sup>  
 aliter sapiunt , non accipio , ea<sup>“</sup>  
 libertate, ad quam nos vocavit<sup>“</sup>  
 Dominus. Juvabit hoc loco  
 ea attexere, quæ sibi non tantum,  
 sed & aliis simul concedenda i-  
 dem prudentissimus vir arbitra-

"batur: (I) si quid iste frater aliter  
 "quam iste sentit, deposita dissen-  
 "sionis amaritudine & fraternæ  
 "charitatis suavitate servata, at-  
 "que in integrū restituta diligen-  
 "ti & tranquilla consideratione  
 "quærendum vel discendum, vel  
 "docendum. Neque enim quo-  
 "rumlibet disputationes quantū-  
 "vis Catholicorum & laudatorum  
 "hominum velut scripturas Ca-  
 "nonicas habere debemus, ut no-  
 "bis non liceat salva honorificen-  
 "tia, quæ illis debetur hominibus  
 "aliquid in eorum scriptis impro-  
 "bare atque respuere, si forte in-  
 "venerimus quod aliter senserint,  
 "quam veritas habet, divino adju-  
 "torio vel ab aliis intellecta vel a  
 "nobis. Talis ego sum in scriptis  
 "aliorum, tales volo esse intelle-  
 "ctores meorum. Solent homi-  
 num non solum vultus, sed &  
 "voces & sermones eorum mul-  
 tum

tum inter se discrepare. Quin & varia sunt doctorum judicia, variæ voluntates, nec una ingeñiorum conditio, quibus aliquid condonandum, si diversam a nobis in iis rebus, ubi licet, opinandi rationem inierint. Nec ad pacem & concordiam durius in alios magisterium semper expedit, certe arrogantiam & fastum ac supercilium arguit, suas aliis ita cum violentia quadam obtrudere sententias, ut salva amicitia refragari non liceat. Aut vehementer fallor, aut eadem Hieronymi mens erat, quam ex Dialogo adversus Luciferianos ex Cypriano ita exponit : Scimus quosdam, quod semel imbibierunt, nolle deponere, sed salvo inter collegas pacis & concordiae vineculo, quædam propria, quæ apud se semel usurpata, retinere. Qua in re

b s nos

, nos non vim cuiquam facimus  
 , aut legem damus, quin habeat  
 , in Ecclesiæ administratione vo-  
 , luntatis suæ arbitrium liberum.

Atque hunc optimi exempli  
 morem novimus primis Theo-  
 logis nostris apprime placuisse,  
 ut pacate ac candide scilicet om-  
 nia agerentur, nec temere vel solo  
 cavillandi studio vel odio ac li-  
 vore stimulante lites fuscitaren-  
 tur, unde magna sæpius damna  
 ac rerum & famae detrimenta  
 coorta fuisse passim & subinde  
 querebantur. Sufficiat vel uni-  
 us Majoris verba ex Oratione, u-  
 bi Paulo Ebero Doctoris hono-  
 rem conferebat anno 1559. habita

(m) Tomo „nunc adduxisse. (m) Quam mul-  
 Orationum „ta horribilia, inquit ille, incen-  
 post. Me. „dia vidimus in Ecclesia orta si-  
 lanthonis „ne ullis veris causis, tantum ac-  
 Witteb. „censa φιλονεκεία, & odiis deinde  
 1565. edito „astute quæsitæ sunt σκιαγραφίæ  
 p. 171. „δικαιος,

dixit, sicut Plato nominat. Præ-  
 terea ut in febre, cum in lingua  
 biliosus humor redundat, & re-  
 liquos humores diluit, dulcia  
 etiam gustanti fiunt amara: ita  
 mens livida facile in alieno fer-  
 mone invenit, quod displiceat.  
 Nec vero potest esse pax, nisi  
 in dijudicando sit sanitas & can-  
 dor adhibetur, qui interdum  
 obscure aut ambigue dicta in-  
 terpretetur. Exempla non tan-  
 tum in isto, sed & in hoc nostro  
 exculcerato maxime seculo pa-  
 sim obvia sunt, ubi vel summa  
 inter Theologos Orthodoxos dis-  
 fidia ex innoxiis etiam verbis  
 haut raro exarserunt, cum nec  
 benignæ interpretationi nec ul-  
 lis Christianæ æquitati locus re-  
 linqueretur, quæ sola nempe hi-  
 sce malis efficacius mederi pote-  
 rat. Nihil enim tam circumspe-  
 cte dici posse, ut calumniam e-  
 vitare

vitare queat, in apolog. A. C. ipsi  
etiam Confessores nostri profi-  
tentur. Et recte alicubi Melan-

(n) *Selecta-  
rum Decla-  
mationum  
Tomo I. Ar-  
gent. edit.* p. 602. „thon : (n) Duas esse pestes Ec-  
clesiae & Reipubl. præcipuas Ty-  
rannidem & Sophisticen : a qui-  
bus olim Reformatores summo-

pere abhorrebant. Bugenhagius  
sane noster ab isto tyrannidis af-  
fectu quam procul abfuerit tot  
luculenta viri prudentissimi  
documenta testantur. Et ego puto  
huc spectare quæ Pet. Vincentius  
in docta de vita ipsius narratio-

(o) a Cl.  
*Lemmilio  
iterum edi-  
ta pag. 29.* „ne hoc modo percenset: (o) sæ-  
„pe dicentem audivimus, intelli-  
„gere se quantum onus sit quæ-  
„libet Academia ,quia inde diffi-  
„cillimarum controversiarum di-  
„judicatio petitur, & liberum est  
„dicere sententiam cuilibet etiam  
„ingratam alteri, se posse habere  
„opes & otium , si sit alibi, & te-  
„nere talem locum, in quo suis  
senten-

sententiis non facile alii adver-  
 sentur, sed tamen se ab Acade-  
 mia non discessurum esse, quia  
 non dubitet hanc vocationem,  
 ad solius ministerii Evangelici  
 labores & pericula factam, di-  
 vinam esse, nec se alibi volup-  
 tates & opes quæsitorum esse,  
 nec se amare tyrannides, sed æ-  
 quabilē ἀριστοκρατίαν præsertim,  
 in qua possit fieri collatio judi-  
 ciorum cum bonis & doctis vi-  
 ris. Et quid non ejusmodi ty-  
 rannis sibi permittit, ubi ex præ-  
 scripto & formula certorum Do-  
 ctorum tota orthodoxia dijudi-  
 catur, & nefandum statim pro-  
 clamatur, ubi vel verbum ali-  
 quod immutatum fuerit, quod in  
 Catechismo majori ipse tamen  
 Lutherus detestatur. (p)

Quæ licet ita se habeant, optime  
**RECHENBERGI**, non eo tamen  
 hæc omnia interpretari quem-  
 quam

(p) *Conserv-*  
*dia libro p.*  
 499. *edit.*  
*Lips. Re-*  
*chenberg.*

quam velim, ac si noxiū quen-  
dam sentiendi Libertinismum,  
quem vocant, aut Adiaphorismum  
in laude ponam. Absit hoc  
ab ingenuo Lutheranæ Ecclesiae  
Theologo, cui nihil magis curæ  
esse debet, quam ut veritati ha-  
etenus in Ecclesia traditæ sua con-  
stet sarta tecta in columitas. Hanc  
custodire atque assurerere, quoquo  
possimus modo, ut summa pie-  
tas, sic tutari ac vindicare con-  
tra injurias ac ineptias seculi ipsa  
etiam æquitas suadet. Et quod  
Apostolus II. Tim. I. 13. sq. uni-  
speciatim Timotheo revocat in  
mentem, ab omnibus in univer-  
sum Episcopis alio loco Tit. I. 9.  
sqv. requirit: Episcopus enim si-  
ve Theologus, firmiter teneat  
eum, qui secundum doctrinam  
est, fidelem sermonem, validus-  
que ac potens sit ad arguendos  
contradicentes, cum sint multi in-  
tracta-

tractabiles & vaniloqui, quibus  
oportet obturare os, qui nempe  
docent  $\alpha\mu\eta\delta\epsilon$  quæ docenda in-  
culcandaque minime sunt. Quæ  
cura hoc diligentior nunc esse  
debet, quo major eorum copia,  
qui non tantum contaminare do-  
ctrinae puritatem, & nescio qui-  
bus interpolare fucis, sed & infe-  
stare ac impugnare si non aperte,  
per cuniculos tamen audent.  
Non novi quidem illi æstus ac  
turbines sunt, qui hodie affligunt  
Ecclesiam, non novus iste ludus,  
quem inter nos mille artibus a-  
gitat Satanas. Ipse Lutherus jam  
olim hanc domesticam tempe-  
statem expertus & sæpe doluit,  
& acerbe passim perstrinxit. Non  
attingam quæ nota omnibus sunt,  
repetere tamen ea, non cuivis  
forte obvia, quæ præfationis lo-  
co Antonii Corvini expositioni-  
bus in Evangelia Dominicalia

præ:

praemisit , nec molestum nec a  
 præsenti negotio alienum vide-  
 bitur : (q) ipſa re experimur o-  
 culisque cernimus , ac mani-  
 bus ipsis palpamus , summe ne-  
 cessarium esse , ut in pura Sacro-  
 sancti Evangelii doctrina sedu-  
 lo instemus , ut eam urgeamus ,  
 subindeque iteremus . Ut enim  
 fidelissime a S. Petro admone-  
 mur , quod Satan adversarius  
 noster perpetuus circumeat , ut  
 leo , & quærat quem dovoret ,  
 ita (ah miseri ! ) evenire quo-  
 tidie experimur , non auribus  
 tantummodo , sed ipsis etiam o-  
 culis . Ex isthac parte irruunt  
 omnis generis sectarii , quam  
 plurimas deglutientes animas ,  
 & sub Tartara mittentes . Hinc  
 Anti - Christus quoque menda-  
 ciis & latrociniis neutiquam  
 feriatur , nec vulgarem nu-  
 merum animarum perdit . Re-  
 periun-

periuntur insuper inter nos qui-  
 dam adeo ignavi ac securi, ut  
 existiment, imo persuasum ha-  
 beant, se non posse errare aut  
 decipi, & quod ipsum infernum  
 una cum omnibus Dæmonibus  
 devorarint. Neque jam animad-  
 vertunt, se jam ab ipso Satana  
 esse occupatos, ac totos superbiæ  
 invidiæ, avaritiæ, adeoque cœ-  
 cissimæ infidelitati immersos,  
 denique refertos omni ingratifi-  
 tudine erga Deum & homines  
 ab imis pedibus ad summum us-  
 que verticem, ut jam saturi pla-  
 ne Evangelium fastidiant, auri-  
 umque pruritu incredibili labo-  
 rent, nauseantesque mira teneat  
 sitis audiendi jam res novas.  
 Quin Dæmoniaca quadâ inflati  
 superbia judices se & Magistros  
 Christi & Spiritus Sancti profi-  
 teri audent. Isti profecto jam  
 revera ab ipso Satana devorati

c

sunt,

„sunt, antequam ejus rei quic-  
 „quam ipfis in mentem venit.  
**Imo de sua ætate conquestus est**  
**Chemnitius**, eam jam tum Dia-  
 boli nequitiam sensisse ac vehe-  
 mentiam, ut divino etiam pree-  
 dicente vaticinio ardentius ista  
**extrema mundi senecta** sinceram  
**doctrinam oppugnarit, quam**  
 unquam superioribus ætatibus  
*(r) vid. LL. Theologici factum sit, (Apoc. XII. 12. (r))*

p. 187.

At enim si nostra tempora cum  
 antiquis contendamus, extre-  
 mum iisdem impetum destinasse,  
 certe supremum casum jam a-  
 struxisse videtur *μυριοτεχνίης*. Ac  
 est propemodum ut putem, illa  
 tempestate quiddam deliquio si-  
 mile passam fuisse Ecclesiam,  
 nunc autem capitali morbo gra-  
 viissimaque implicitam valetudi-  
 ne ad fatum ultimum accessisse.  
**Adeo enim obsoleverunt mores**  
**boni, tantaque licentia, vanitas ac**  
 pe-

petulantia multorum obtinuit;  
 ut quicquid sancta religio ac fidei  
 regula dictitat ludibrio fere ha-  
 beatur. Hinc neglectus contem-  
 ptusq; veritatis maximus ubivis  
 divagatur, & quicquid huic vel  
 explicandæ vel defendendæ im-  
 penditur operæ, vix titivillatio  
 dignum nulliusque assis æstima-  
 tur. Portenta vero opinionum  
 ac commenta inania turpiaque,  
 quin paradoxa quævis quocunq;  
 dispendio quæsita, nec sine offensa  
 legenda vel audienda velut cum  
 ambitu inculcantur. Imo solli-  
 citare inveterata, & quæ dudum  
 recepta ac stabilita sunt, debilita-  
 re atq; negare temere pulchrum  
 atque magnificum existimatur;  
 atque ad ea quisque quo ingenio-  
 sior callidiorque est, eo fere ju-  
 dicatur & doctior & melior. Quo  
 fit, ut ipsa etiam convellantur  
 passim fundamenta immotæ ha-

ctenus veriiatis, ac totum Orthodoxyæ negotium pro cerebrinis ideis & grillis, ut loquuntur, publice venditetur. Et quantum quæso illud est, quod omnium sectarum ac religionum eadem hodie ratio fingatur, & quicquid a majoribus nostris pro fidei integritate discernendisque Ecclesiis definitum est, ad logomachias, vanos ingeniorum lusus & doctorum fraudes referatur, detestando sane instituto, nec sine professo ipsius Christianismi existio. Et quid non conatur reliqua maleferiatorum vel fanaticorum vel Scepticorum vel Antiscripturariorum, uti vocantur, vel Naturalistarum etiam turba? infestum sane hominum genus & in Ecclesiæ perniciem ac dede-  
(s) Prefat.  
de Trinit. cus natum, de quibus verissime  
To. I. Opp. jam dudum H̄egid. Hunnius pro-  
p. 74. “nunciavit: (s) Ecclesiæ Dei ni-  
hil

hil esse perniciosius, nec ad cor-  
 rumpendam doctrinam sacram  
 instrumentum Diabolo magis  
 accommodatum, quam si ambi-  
 tiosa ingenia & eruditio*n*is va-  
 na persuasione elati homines, de  
 rebus sacris profana mente dis-  
 ferant, & laudi sibi ducant, si  
 Academicorum fere in mo-  
 dum, res quamlibet divinas &  
 sacrosanctas in dubium dispu-  
 tando vocant, si sacrarum lite-  
 rarum dicta per glossas in spe  
 ciem plausibiles illudant, ardua  
 illa mysteria regni cœlestis nahi-  
 lo sanctioribus animis tractan-  
 tes, quam si nucibus ludant.  
 Hæc petulantia latam sternit  
 viam ad hæreses & corruptelas,  
 quibus doctrinæ cœlestis veri-  
 tas, offusis, errorum tenebris,  
 obnubilari possit.

Hæc talia ubi sparguntur ac  
 persuadentur, nec ignavum nec

fomnolentum esse oportet, sed  
quasi in specula positi, provide-  
mus omnia ac circumspiciamus,  
ne luis pestiferæ instar latius fer-  
serpant, ac plurimorum mentes  
inficiant. Id quod D. Apostolus  
non tantum suadet, sed & urget  
decantato isto ad Ephesios loco  
c. XIV. 14. In quem Theophy-

(t) vid. Ri-  
vetus Crit. v sius, (t) ita commentatur: ne  
Sacra. l. 3. »fluctuemus ac circumferamur  
c. Q. «quovis vento doctrinæ per ho-  
«minum aleam, per veterotoriam  
«ad infidiose fallendum verfu-  
«tiam, ne a quovis homine nos  
«instruente temere sublevemur;  
«sunt namque ad ædificandum &  
«consummandum dona data. Ca-  
«vendum ita, ne labatur & fluitet,  
«quod fuerit ædificatum, & flu-  
«ctuantes cum ait, arguit quanto  
«sint in discrimine instabiles &  
«nutabundæ ad Orthodoxam fi-  
dem

“dem animæ. Hoc itaque proprium maximumque Orthodoxi Theologi negotium existim, conari, contendere , facere omnia , ut inter has tantas incur- siones ac ancipitia fidei Orthodo- xæ sancta pura omnino ac illi- bata maneant, nec veris remotis prava corruptaque prævaleant. Et quo tristiora ac iniquiora tem- pora nostra sunt, eo fortius oc- currendum medendumque au- gescientibus vitiis , & constantius alacriusque nitendum contra malignitatem seculi. Ac ut ea- res felicius succedat, nec præci- pitem esse decet, & in veritatis defensione nihil imprudenter, ni- hil inutiliter agendum , nec a decoro omnino & justo rece- dendum. Æquitatis ergo hic quoque habenda ratio est, & quid in confodiendis refutandisque erroribus vitatu aut factu opus

C 4

cum

cum cura dispiciendum , ne vel  
nimia severitate ac impotentia ,  
vel intempestiva etiam lenitate  
peccetur. Sane & morbi quidam  
tolli haut possunt , quos tolerabi-  
les interim reddas , si molliore  
viā aggrediariſ, at ſi vires & in-  
crementa capiant & partes fin-  
ceras ſecum trahant , manum  
injicias , coerceasque ex merito ,  
ne in majus discrimin erumpant.

Vere prudentissimus Melanthon:

(u) Sele-  
ctarum de-  
clamatio-  
num Tomo I.  
p. 615.

“(u) Retineatur illa a Platone  
“laudata cœlestis mediocritas ,  
“videlicet Geometrica , quæ arcet  
“tyrannidem , & frenum injicit  
“vulgo , jubet eſſe idoneos judices  
“& gubernatores . Tales cogno-  
“ſcant dogmata ac dijudicent ex  
“veris , certis & non calumnioſe  
“detortis testimoniiſ , reprimant  
“tyrannos , frenent petulantia  
“ingenia : denique curent in  
“Ecclesia exſtare veram & cer-  
tam

tam doctrinam proprie & dilu-  
deexplicatam, non dilutam So-  
phistica.

Atque cum hoc ipsum prae-  
ceteris egregie prætent libri illi,  
quos vulgo vocamus Symboli-  
cos, quosque Ecclesia Luthera-  
na velut proprios sibi vendicat,  
horum item tueri auctoritatem  
& adversus quas vis machinas  
insultusque omnis generis asse-  
rere, quidni æquitati non minus  
convenientissimum existime-  
mus. Quod foedera & jura in  
Republica faciunt, ut legibus  
certis ac non movendis coer-  
antur singula ejusdem membra,  
ne vagentur extra oleas, idem  
certe libris istis attribuendum est,  
qui in Ecclesiastica republica vim  
utique legis obtinent, & cum ex  
sanctissimo Dei verbo desumpti,  
coelestique veritati consoni sint,  
velut vincula unionis Ecclesiasti-

cæ, tesseræ Orthodoxias, hæresium repagula, lascivientium ingeniorum cancelli jure meritoque commendantur. Et quamvis illorum absolutam quandam necessitatem non adstruam, fatearque hisce libris sine veritatis dispendio Ecclesiam diu caruisse, & hodie dum genuinos quoque Christianos esse posse, qui eos nec norint nec amplexentur; istud tamen firmiter tenendum esse puto, posteaquam in Ecclesia nostra sapientissime recepti sunt, & aliqua necessitate invitante singuli introducti, concedendum minime esse, ut in civitate cives statuta suæ civitatis observent ac venerentur, nostræ autem Ecclesiæ non cives solum, sed & Doctores vel negligent iustius placita vel procaciter impugnent. Quantum enim ad Ecclesiæ salutem ac tranquillitatem interest

interest, post divinam scripturam,  
 quam vere ἀριθη̄ ζυγὸν ἡγεμόνη  
 τα ἀπάρτων cum Chrysostomo sup-  
 ponimus, hæc Symbolica scripta  
 diligenter versari & incorrupta  
 æstimatione interpretationeque  
 sollicite observari, ne quid nempe  
 vel addatur vel detrahatur, sed  
 integra & nulla sui parte mutila  
 eorum doctrina nec obiter nec  
 perfunctorie retineatur; tantum  
 ad perniciem ejus ac de hone-  
 stamentum interpretari oportet,  
 si nec digne nec dextre, sed mali-  
 gne potius tractentur, vel fastu-  
 oso plane supercilio despiciantur.

Atque hæc quoque causa est,  
 quam ob rem consultum omni-  
 no videatur, ut non tantum ista  
 defendantur symbola, sed & ad-  
 stringantur iisdem luxuriantia  
 ingenia subscriptionibus, & sicu-  
 bi usus poscat, jurisjurandi fa-  
 cramento, ut juniores scilicet &  
 sa-

saniores de modestia & tuenda  
 sedulo concordia admoneantur,  
 qui vero alio ingenio sunt, & ad  
 sequiora proni, *καὶ τετυφωμένοι*  
 intra officii limites contineantur,  
 ne prava libido ad turbida & exi-  
 tiosa impellat. Non ignoro e-  
 quidem inveniri, qui frontem hic  
 convertant, & salubrem istam  
 consuetudinem reprehendant, ac  
 nescio quibus præjudiciis inquisi-  
 simis certe, quibus injuriis in-  
 considerate lacestant & impetant.  
 Sed & illa audacia nova non est,  
 in Ecclesia, ac in ipso etiam Osian-  
 dro totam illius fabulæ scenam  
 jam dudum Melanthon explicuit.  
 Id quod gravissima ejus oratio,  
 in qua refutatur calumnia Osian-  
 dri, reprehendentis promissio-  
 nem eorum, quibus *tribuitur te-*  
*stimonium doctrinae*, abunde te-  
 statur. Nec temere erit, si  
 pauca inde nunc subjiciam:  
 (x) Hic

(x) Hic mos fuit & Ecclesiæ ve- (x) Tom. III  
 teris, inquit ille, in qua non durn<sup>“</sup> Select. De-  
 tyranni dominabantur & adhuc “ clamat. p.  
 fontes doctrinæ puri erant. Pe- “ 696. 699.  
 tebatur subscriptio in Synodis<sup>“</sup>  
 piis. In Nicæna Synodo non<sup>“</sup>  
 Episcopi tantum , sed etiam<sup>“</sup>  
 Constantinus Imperator sua<sup>“</sup>  
 manu decretis ejus Synodi sub-<sup>“</sup>  
 scripsit. Nec ad ministerium<sup>“</sup>  
 Evangelii admittebantur ulli, “  
 nisi præcessissent δοκιμασίας ex-<sup>“</sup>  
 amen & expressa professio , in<sup>“</sup>  
 qua vocati ad docendum adfir-<sup>“</sup>  
 mabant se amplecti incorru-<sup>“</sup>  
 ptam Evangelii doctrinam , & “  
 promittebant, se eam non abje-<sup>“</sup>  
 curos esse. Exstant adhuc ca-<sup>“</sup>  
 pita examinis in decretis ex Au-<sup>“</sup>  
 gustino descripta, Dist. XXIII. “  
 ubi post commemorationem<sup>“</sup>  
 Symboli, petitur etiam expref-<sup>“</sup>  
 sa condemnatio errorum, qui<sup>“</sup>  
 eo tempore a fanaticis hornini-<sup>“</sup>  
 bus,

„bus, Manichæis, Arianis, No-  
 „vatianis & Pelagianis passim cir-  
 „cumferebantur, ac nominatim  
 „præcipitur inquisitio, an is, qui  
 „ad Ministerium vocatus est, pro-  
 „hibeat nuptias, an improbet se-  
 „cundum conjugium priore con-  
 „juge mortua, & esum carnium.  
 „An post lapsum redeuntes ad  
 „poenitentiam recipiat. An o-  
 „riginale malum iudicet esse pec-  
 „catum. An ulli homines ex-  
 „tra Ecclesiam sint hæredes vitæ  
 „æternæ. De tam multis rebus  
 „expressæ asseverationes postu-  
 „latæ sunt. Et Græcus Canon  
 „usus est verbo ἀναγινέθεται,  
 „quod significat severam inquisi-  
 „tionem. Hæc diligentia &  
 „tunc Ecclesiæ necessaria fuit, &  
 „semper necessaria est: non est  
 „tvemannis, quanquam deinde a-  
 „liquot seculis Romani Episcopi  
 „& alii addiderunt injusta onera  
 &

& corruptelas. Sed nos abje-  
 & tis impiis oneribus , tantum  
 petimus veræ doctrinæ adseve-  
 rationem, sicut vetus Ecclesia  
 petivit, necessariam ad veram  
 DEI agnitionem & invocatio-  
 nem, ad Ecclesiæ concordiam,  
 ad frenandam audaciam fingen-  
 di nova dogmata. Atque hæc  
 ratio mihi adeo tempestiva sem-  
 per visa est, ut Ecclesiæ docto-  
 res non tantum , quorum nem-  
 nem heic immunem aut frivola  
 quædam aut nauci prætexere  
 unquam passus sum, sed & scho-  
 larum ministros ad istos, specia-  
 tim in his regionibus receptos  
 Symbolicos libros talibus sub-  
 subscriptionibus vel jurejurando e-  
 tiam obligandos esse censeam.  
 Nec desinam urgere rem ob ju-  
 stissimas causas , ut iisdem in  
 posterum apud nos constringan-  
 tur vinculis , ne quid pravi con-  
 tamini.

taminatique forsan ab hoc quoque ordine verendum sit. Novi idem haut infrequenter alibi rectissimo sane instituto fieri , pluribusque Ecclesiasticis ordinacionibus vetustioribus ac recentioribus juxta , Vinariensi e. g. an-

(y) p. 287. no 1664. (y) Suecica an. 1687.

(z) p. 2. (z) aliisque , quas nominare nihil attinet , diserte præscribi.

Sint itaque sarta tecta , maneat tuta & inviolata , quæ normalibus hisce libris in religionis momento stabilita & communi adeo Lutheranae Ecclesiæ consensu definita sunt ; & si quæ sententiæ , ut mea hic Chemnitii

(a) Vid. e-  
jusdem iu. „verba faciam (a) ab illa nor-  
dicium de „ma recedunt , non quærantur  
controversi- „astutæ interpretationes , aut fu-  
is quibusdā „catæ conciliationes , sed diserte  
superioris „improbentur & rejiciantur : a-  
temporis e- „lias enim puritas doctrinæ non  
dit. a Baje- „potest retineri. Durabitque  
ro p. 2. 58. mihi

mihi divina gratia perpetuo hic  
 animus, hæc ratio, quam malo  
 item Chemnitianis istis expone-  
 re : nolim conscientiam meam “  
 sauciare vel approbatione vel “  
 excusatione talium corruptela-“  
 rum, quas certum est cum vera “  
 doctrina pugnare & seminaria “  
 præbere multorum errorum. “  
 At enim vero exstant non pauca  
 quoque in Theologia nostra &  
 salutaris doctrinæ negocio pro-  
 blemata , quæ in utramvis par-  
 tem, ubicunque sint , sine fidei  
 dispendio agitari disputarique  
 poslunt , ζητήματα plura , quæ  
 ipsam fidei salvificæ substantiam  
 plane non attingunt, non neces-  
 saria nec fundamentalia placita,  
 ut Theologi solent appellitare.  
 Talia a necessariis, fundamenta-  
 libus, in quibus credendorum  
 nempe cardo maximumque sa-  
 lutis momentum versatur, aliis-  
 d que

que quæ cum fundamento tam prope connexa sunt, ut cum iisdem hoc ipsum vel subsistat vel plane corruat, probe discernenda erunt. Neque negaverit quisquam temere, suum cuivis premium justissimum omnino statuendum esse, nec infesto adeo calculo condemnanda vel anathemati subjicienda, quæ benigne vel excusari vel ut non necessaria tolerari utique possunt.

Hæc in necessariorum censum referri, sicque inclementius judicari, quid nī æquitati juxta ac prudentiæ repugnaret? hic itaque locum quoque habeat, quod Lutherus alibi contra Regem Angliæ, ubi nescio cuius

(b) *tom. II.*  
*Latino Wittenberg. edit.*  
*1541. fol.* “ nihil pestilentius in Ecclesia  
 3311. “ doceri potest, quam si ea, quæ ne-

necessaria non sunt, necessaria“  
fiant. Hac enim tyrannide“  
conscientiae illaqueantur , &“  
libertas fidei extinguitur. Quin“  
imo valeat , quod in dijudican-  
dis minimum moderandisq; con-  
troverxiis plurimum juvat, provi-  
dū istud Melanthonis consilium :

(c) Judicio Spiritus negotia di-“(c) Decla-  
scernamus, ut ubi pugnandū sit,“ mationum  
ubi lenitas utilior, consideremus,“ Tom. III.  
hæc propria sunt judicii Spirи-“ p 467,  
tus. Nec enim laudandum est“ 468.  
consilium eorum, qui propter“  
pertinaciam in rebus non neces-“  
sariis vel deserunt vel distra-“  
hunt Ecclesiam. Cedunt inter“  
se orbes cœlestes miris anfracti-“  
bus, ut suam harmoniam &“  
concordiam eo quasi obsequio“  
tueantur. Teneamus igitur di-“  
scrimen , simus in rebus neces-“  
sariis firmi & constantes , in“  
aliis cum Ecclesiæ utilitas po-

d 2 stu-

“stulat , moderemur consilia  
probabili ἐπιεικείᾳ.

Quemadmodum ergo nec durum neque inhūmanum , sed repetendum potius ubi opus est, istud Concilii Constantinopolitani V. decretum esse censeo :  
 “ si quis non anathematizat Ariū,  
 “ Eunamium, Apollinarium, Ne-  
 “ storium, Eutychen, cum im-  
 “ piis eorum consortibus & alios  
 “ omnes hæreticos, qui condem-  
 “ nati sunt ab Ecclesia, & eos, qui si-  
 “ milia prædictis hæreticis sapiūt,  
 “ & in sua impietate permane-  
 “ runt & permanent, talis anathe-  
 “ ma sit. Sic imitandum quoque mo-  
 deratum illum Cypriani morem  
 sectandumque in reliquis , ubi  
 labefactandi fundamenti pericu-  
 lum non est, haud temere æsti-  
 mo. Hic enim ubi quæstio illa,  
 num ii, qui ab hæreticis baptiza-  
 ti

ti, denuo baptizari debeant? in Sy-  
 nodo Carthaginensi, cui præfuit,  
 agitanda disceptandaque erat, e-  
 gregiis hisce Collegas suos affa-  
 tur verbis: (d) supereft, ut de“ (d) Con-  
 hac ipsa re singuli quid sentia-“ cil. Cartha-  
 mus, proferamus, neminem ju-“ ginens.  
 dicantes, aut a jure communio-“  
 nis aliquem, si diversum senser-“  
 rit, amoventes. Neque enim “  
 quisquam nostrum Episcopum“  
 se esse Episcoporum constituit,“  
 aut Tyrannico terrore ad obse-“  
 quendi necessitatem collegas su-“  
 os adigit, quando habeat omnis“  
 Episcopus pro licentia liberta-“  
 tis & potestatis suæ arbitrium“  
 proprium, tamque judicari ab“  
 alio non possit, quam nec ipse“  
 potest alterum judicare. Sed“  
 exspectemus universi judicium“  
 Domini nostri Jesu Christi, qui“  
 unus & solus habet potestatem“  
 & præponendi nos in Ecclesiæ“

d 3

suæ

„suæ gubernatione & de actu no-  
„stro judicandi. Utrumque æ-  
quitas postulat, ut si quæ in u-  
tramque partem disputari pos-  
sunt, & nondum eliquatissima,

(e) 3. de  
Bapt. con-  
tra Dona-  
tum cap. 3.

ut Augustinus loquitur, (e) per-  
fectione discussa sunt, liberrime  
disceptentur; quæ vero publica  
Ecclesiæ auctoritate rite jam de-  
cisa sunt, nec salva fidei compa-  
ge impugnari queunt, tuta pror-  
sus intemerataque serventur. Ac  
saluberrimum mihi temper vi-  
sum est optimum illud Chemni-

(f) ad Ca-  
nonem. I.  
decreti Tri-  
dentini de  
ritibus in  
administ.  
Sacram. p.  
61.

„tii monitum: (f) In omnibus  
controversiis ea, quæ necessa-  
rium usum habent in exercitiis  
pœnitentiæ, fidei & pietatis, di-  
scernenda sunt ab aliis disputa-  
tionibus, in quibus opinionum  
diversitas, vel etiam levis quæ-  
dam hallucinatio, non infert ja-  
eturam fidei & saluti. Atque  
talis jaætura fideique ac salutis  
noxa

noxa ubi procul abfuerit, in rebus ipsis non modo, sed & in vocabulis phrasibusque multum condonari, quin omnino tolerari aquissimum erit. Sceleratum est, inquit Lutherus, (g) cum neveris pium & sanum esse aliquis sensum, ex verbis incommodis dicitis statuere errorem. (g) Tomo I.  
 Jener. Lat. f. 69. it. in epist. Schlüßselb. p. 163.

Et si sanam ac orthodoxam dicentis vel scribentis mentem neveris, anne ideo, quia, ut loquitur Hieronymus, vocabula non edidicit, hæreticus judicandus est? Pessime sane procedit ratio, si nihil amori aut æquitati hic concedatur, quam rectius ex pio quodam in Ecclesiam affectu ita commendat Chytræus: (h) U. in Orat. de studio Theol. exer. citiis veræ pietatis & colendo.

Apostolo præscripta in his disputationibus valeat, ut vera sententia ex fundamento verbi divini firmiter retenta, de for-

„mis loquendi non litigemus, &  
 „re intellecta in verborum usu  
 „faciles simus, ne nimium al-  
 „tercando veritatem tandem  
 „prorsus amittamus! Si quid in  
 „formulis loquendi offendit, cur  
 „non pia declaratione potius  
 „quam virulenta condemnatione  
 „emendatur.

Ac affirmare non vereor, si  
 hoc pacto inter Theologos in-  
 nocenti alias reformationis se-  
 culo convenisset, non tot subin-  
 de jurgia, tot certamina mota, nec  
 tot sectarum nomina nata fuis-  
 sent. De Majorismo vel potius  
 Georgio Majore mentem alibi

(i) in dem exposui, (i) quem mitius a Flau-  
 vorbericht cito fuisse tractandum, nec gra-  
 des unver-  
 falschten  
 Sins Lu-  
 theri von  
 der  
 Seeligkeit  
 G 2. q.  
 vorbericht  
 ex ejusdem confessione Witte-  
 bergæ an. 1563. edita, sine par-  
 tium studio ostendi. Et licet  
 eandem aliis item intentatam, to-  
 ties-

tiesque repetitam superiore quo-  
 que seculo litem haut ignorem,  
 plurima tamen humani juxta ac  
 iniqui doctissimos etiam Theo-  
 logos in ista sæpius contentione  
 commisisse, nolo dissimulare. Et  
 cum æquitatis in tuendo ortho-  
 doxiæ negocio nunc causam a-  
 gam, quidni cautum ac circum-  
 spectum de hac ipsa controver-  
 sia Joh. Musæi judicium hoc loco  
 approbarem , cui nec difficile  
 erat laudabili isto æquitatis stu-  
 dio reperire temperamentum e-  
 jusmodi, quod neminem nisi vel  
 rixosum vel incautum offendere-  
 ret. Nec præter rem erit, cum  
 videam antiquas hodienum ri-  
 xas suscitari, si pium hunc de-  
 clarandi emolliendique modum  
 ex modestissimo viro subjiciam: (k) Vid.  
 (k) Ich halte davor / es sei nicht ejusd. bes-  
 ärgerlich / sondern erbaulich / “ denden ü-  
 wenn einer lehret gute Wercke“ ber der un-  
 längst ent-

standenen "sind nöthig zur Seeligkeit / mit  
 Contro- "dieser Erklärung und Zusäze / sie  
 vers. ob "seind nöthig / nicht daß wir da-  
 gute Wer- ke nöthig "durch die Seeligkeit verdienen  
 zur See, "können oder sollen / ( den die See-  
 ligkeit p. "ligkeit kommt allein aus dem Glau-  
 10. "ben ) sondern damit wir nicht  
 "durch mutwillige Sünden wie-  
 "der das Gewissen unsern Glau-  
 "ben verleugnen / den heiligen  
 "Geist/ dessen Tempel wir sein sol-  
 "len/von uns jagen/und des ewigen  
 "Lebens/ dessen Erbe wir in der  
 "Rechtfertigung worden sein /  
 "durch den Glauben an JEsum  
 "Christum nicht verlustig werden.  
 "Hingegen ist auch diese/gute Wer-  
 "cke sind nicht nöthig zur Seelig-  
 "keit / nicht ärgerlich/ sondern er-  
 "baulich/wenn Sie mit diesem Zu-  
 "satz und Erklärung gebrauchet  
 "wird / sie sind nicht nöthig zur  
 "Seeligkeit / daß man dadurch o-  
 "der aus derselben Verdienst kön-  
 ne

ne oder solle die Seeligkeit erlangen.

Multum profecto interesset, si  
hac ratione semper in Ecclesia  
ageretur, nec ob incommodas  
locutiones vel ex certis rerum ac  
temporum circumstantiis jure  
meritoque olim invisas publica  
illico odia ac dira fulmina exci-  
tarentur. Interim nec pro lubi-  
tu tamen phrases & voces fin-  
genda ac introducenda erunt,  
quin magis ab ejusmodi formu-  
lis, quæ sequioris alicujus notæ  
arguuntur, omni diligentia ab-  
stinendum, nec temere ac præ-  
fracte utendum, quibus alii vel  
irritari vel offendri possunt. Hinc  
pulcrum & magna laude dignum  
erat in Majore, quod in publica  
ista, cuius supra mentionem inje-  
ci confessione, tandem sponte at-  
que ultro profiteretur, se propter  
Ecclesiæ tranquillitatem nun-  
quam

quam hac forma verborum usurum, de quibus controversia mota erat, cum videret, falsissimas illi passim interpretationes affingi, planeque alienas a vera sententia, sicut etiam jam annis " aliquot liberrime ab hac phrasι " abstinuisset. Neque id quidem prætereundum videtur, quod jam subit animo, dignissimum illud de Heshusiana sententia, humanam nempe Christi naturam in abstracto esse adorandam, quam cum Schlüsselburgio non nulli impugnabant, Chemnitianum responsum, cum & invitamento aliis & documento esse possit, quid ad tuendam Ecclesiæ pacem necessarium maxime sit.

Hic enim ubi eximia ista verba  
 (1) *epistol.*  
*Schlüssel-*  
*burg. p. 23.*  
 & 25.  
 „præmiserat: (l) Vides me juxta  
 „veterem Lutheri Catechismum  
 „in eo quem judico recte sentire  
 „ac veritatem propugnare, omnia  
 in

in meliorem partem interpre-  
tari. Sed intelligo quid vos  
moveat : modum scilicet lo-  
quendi non satis commodum &  
proprium videri. Omnino e-  
nīm ad veram in Ecclesia con-  
fessionem necessarium est, ut  
non tantum res veræ tradantur,  
verum etiam ut ὑποτύπωσις fa-  
norum verborum servetur, si-  
cut 1. Cor. I. Paulus remedium  
contra Schismata hoc tradit  
ἡλεκτηρίσμένοις ἐν τῇ ἀυτῆγνώμῃ καὶ  
τὸ ἀυτὸ λέγητε. Magnum igitur  
discrimen est inter λογομαχίαν &  
inter ὑποτύπωσιν sanorum ver-  
borum ; inde paulo post sequen-  
tia in eandem rem subdit : cer-  
te in modis loquendi, quibus  
vere pios offendit & turbari ani-  
madvertisimus, æqui & faciles es-  
se debemus, cum exempla o-  
stendant ex ejusmodi scintillis  
perniciosa sāpe incendia exor-  
ta.

ta. Sicut ergo æquitati proprium hocce studium censendum est, ut de vocabulis phrasibusque certamina non necessaria ac supervacua evitentur; ita non minus hæc cura atque opera eidem competit, ne quadam vel petulantia vel imprudentia atque inscitia pugnandi turbandique occasiones suppeditentur. Est dili-

“gentia, inquit alibi Chemnitius,

(m) Tomo “(m) digna piis propter concordiam loqui cum Ecclesia. Petulans enim mutatio vel errores parit vel dissidia. Et verissima

(n) l. 1. H. sane ista Evagrii querela, (n) vel E. c. 1. it. unius literulæ depravatione & immutatione doctrinam Orthodoxam per Satanæ malitiam sæpius p. 261. pius everti. πολλάκις τῇ ἑαυτῷ ελυτός  
“σπώμενος κανία ἡ γράμματος ἐναλλαγή λαγῆν ἐτέχνωσε πρὸς μὲν τὴν ἀντίθετην ἐλκούτες διάνοιαν, atque hoc modo,  
“ut idem ait, mentem a lingua se-

separavit, ut ne hæc duo uno ve-  
lut consensu Deo confessionem  
& laudem atque honorem debi-  
tum deferrent. Id itaque solli-  
citi simus, ut non tantum pericu-  
la Ariana atque Nestoriana, velut  
remotiora, sed & propiora ac  
magis intestina Ecclesiæ nostræ  
damna, qualia Flacius, Huberus,  
aliique vel sola phraseon insolentia  
ac pertinacia intulerunt, &  
cautiores nos faciant ac pruden-  
tiores omnino, ne mutatis in-  
novatisque vocabulis ipsa etiam  
mutari vel nova plane induci  
dogmata patiamur.

Maxima tamen hic itidem cau-  
tione ac æquitate opus erit, ne  
nova videantur ac judicentur,  
quæ nova non sunt, sed in ipsa  
Scriptura passim & subinde tra-  
dita, totiesque a vetustioribus  
Ecclesiæ Doctoribus ac lumini-  
bus inde repetita leguntur. Hæc  
enim

enim si ita dicantur, non aliam ob causam plerumque solet fieri, quam ut infesta omnibus reduntur simul & invisa, quæ sine periculo propugnari non possint. Manifestum hinc est, quam male semper Orthodoxos Theologos habuerit intempestivum novitatis studium, quo morbo jam sua etiam ætate ubivis fere laborari, unde plurima & Ecclesiæ & Republicæ mala metuenda, Daniel Greserus olim gravissime indi-

- (o) *Præfatione enarrationis Evangel. Domini nostri Iesu Christi* 3. sq. “gnatus est: (o) Avida est, inquit, “ætas nostra novitatis, non tantum in vita, moribus & studiis, sed & in rebus fidei Christianæ. “Et vere seculū nostrum fastidit “τὰ ἀληθῆ καὶ ἀπλᾶ, suspicit & appetit nova & prodigiosa: & ubiqui abundat δέλοις αἰτόπων καὶ “ὑπερόπταις τῶν ἀνωθέτων, ut Thucydides de suis civibus loquitur. Quæ nausea veritatis & aviditas

aviditas novitatis paritura est“  
 multas & magnas calamitates in“  
 Ecclesia, in Imperiis & in tota vi-“  
 ta. Basilius M. in epist. ad Eusta-“  
 thium : non alios esse, ait, qui no.“  
 vas vocum fictiones recipiunt,“  
 quam qui consueta fastidiunt, ac“  
 vetera, tanquam obsoleta, sub-“  
 movent. Video eos, mox per-“  
 git, qui novitatis studiosi sunt, &“  
 vetera ceu obsoleta fastidiunt, a-“  
 liis post alios intricari erroribus,“  
 sicut scriptum est: mali homines“  
 & impostores proficient in pe-“  
 jus, dum & in errorem addu-“  
 cunt & errant ipsi. Et iterum ἀδικῶν ἀδικούτω ἔτι, καὶ βυθῶν βυ-“  
 πνούτω ἔτι. Hoc magis itaque“  
 danda sedulo opera fuit, ut exo-  
 sum istud Novatoris nomen me-  
 ritissimi in Ecclesia viri a semet  
 olim detestarentur, atque depre-  
 carentur, ne opinio ac auctoritas  
 eorum apud imperitiores obsole-  
 sceret. Et satis omnino causæ

e

erat

erat Melanthoni, ut exitiosam hanc calumniam ejusque malitiam sicut alibi saepius, ita in præfatione quoque locorum suorum dilueret. (p) Non gigno novas opiniones, nec aliud majus scelus esse in Ecclesia DEI sentio, quam ludere fingendis novis opinionibus, & discedere a Prophetica & Apostolica Scriptura, & consensu vero Ecclesiæ DEI. Idem & ego statuo, & novas ac antiquæ veritati noxias tueri ac propagare, sententias immane nefas ac Christiano vero & Theologo indignissimum habeo. Nihil novandum nisi quod traditum est, vetus Stephani I. Papæ Romani scitum audit. Quod pariter æquitas approbat, ne recedatur scilicet ab illa antiquitate, quæ non tam ab hominibus quam a viris <sup>θεοπνεύσοις</sup> divinitus tradita est. Hæc omnia perten-  
tat, omnia experitur, ut fides o-  
mnium

(p) edit.  
Witteberg,  
per Job.  
Cratonem  
an. 1558.  
lit. a. 3.

mnium bonorum caput , sicut<sup>“</sup>  
 Proclus jubet, (q) servetur inta-<sup>“</sup>(q) *De fide*  
 cta ; nihil humanis adinventi-<sup>“</sup>*fol. 539.*  
 onibus dissonum præferens,nul-<sup>“</sup>  
 lis profanis vocum novitatibus<sup>“</sup>  
 turbida, atque manens infra Ev-<sup>“</sup>  
 angelicos & Apostolicos termi-<sup>“</sup>  
 nos nullius pervicaci furore mu-<sup>“</sup>  
 tetur. At perniciosissimum ta-  
 men ac indecorum eadem putat,  
 si quæ vera, antiqua & fana sunt,  
 ideo quia vel nobis ipsis ignorata,  
 vel a Præceptorum placitis aut  
 præjudiciis etiam aliena confe-  
 stim sub prætextu novitatis rej-  
 ciantur.

Neque enim ulla humana tra-  
 ditio vel auctoritas, licet quanti-  
 vis etiam pretii videatur, sed sola  
 Canonica Scriptura vel arguen-  
 dæ vel ejiciendæ ex Ecclesia no-  
 vitatis indubitata norma censem-  
 ri debet. Et si quid novandis  
 forte rebus mutandisque inolitis  
 Doctorum opinionibus videbi-

tur facere, ad istam unice amissim  
exigendum, dijudicandum erit,  
cum qua si conveniat, antiquæ ve-  
ritatis laudem facile tuebitur, sin  
minus, novum potius commen-  
tum vere & recte dicetur. Cæ-  
terum multoties hodie dum acci-  
dit, quod jam olim etiam Affel-  
manni reprehensionem meruit:

- (r) Manu- „(r) Sæpe fit, ut imperitoribus ali-  
ductione ad „quid videatur novum, quod ta-  
doctrinam „men est antiquum. Quænam do-  
de prædesti- natione in „ctrina hæc nova? clamabant Ju-  
nate. dedicat. lit. „dæi ad Christum, Marc. I, 27. No-  
2. & 3. „va quædam infers auribus no-  
„stris: dicebant Athenienses ad  
„Paulum Act. XVII. 19. Cujus ap-  
„parentiæ ratio est, quia homines  
„non semper distingvunt, ceu de-  
„bebant, inter novum & renova-  
„tum, sed sæpe pro vere novo ha-  
„bent, quod tantum est renova-  
„tum, ceu ab erroribus pristinis  
„repurgatum, cujus quidem re-  
„novationis infallibilis nota est,  
icum

cum Scripturis S. convenientia.<sup>cc</sup>  
 Imo quicquid ibidem latitat veri,  
 quantumvis at recentior aliqua  
 produixerit industria , novitatis  
 tamen postulandum minime erit,  
 licet vel plurimis seculis fuerit i-  
 gnoratum. Quocirca nec omnem  
 omnino novitatem temere & in-  
 differenter accusandam judico,  
 quod vel iniquiæstimatoris , vel  
 imperiti certe aut valde mustei  
 censoris erit. Ita enim habeo, plu-  
 ra quidem ab illis , qui ante nos  
 fuerunt & scripsierunt, in tuenda  
 vel illustrâda sanctiore disciplina  
 nostra certatim velut occupata  
 jam esse, multa tamen adhucdum  
 non minore cura nobis ex-  
 pediēda restare. Et vere Affelman-  
 nus : (s) non sic in angustum se<sup>cc</sup>  
 coegit divina sapientia , ut unis <sup>“(s) Ibid. lit</sup>  
 seculis omnia effuderit mysteria,<sup>“</sup>  
 nulla ultimis reservarit. Et quo-<sup>“</sup>  
 tusquisq; negaverit in Scriptura  
 fere innumera progressu tempo-

ris feliciter evoluta esse, quæ veterū studio nondum poterant explanari. Quid ni ergo nostrorū magis incitemus industriā stimulemus subinde ad maiores in Theologia & Scriptura tractanda capiendos profectus, ubi salva ac tuta omnia erunt, si modo fidei analogiæ & vere orthodoxiæ digne prospiciatur, caveaturque, ne quid detrimenti eadem patiatur unquam, quin muniatur potius ex omni parte ac firmius stabiliatur. Hac ratione novitas vel approbetur palam vel permittatur. Ac profecto nihil opportunius olim Sebastianus Smidius pro se dicere poterat, quam si quæ forte nova in variis Scripturæ locis interpretandis attulisset, hoc illæsa tamen semper analogia fidei & incolumi Orthodoxia fieri. Id quod ipsum extra periculum & culpam ut loquitur (t)“ facile ut constitueret, imo adversus

(t) In pref.  
fascic. Di-

sus etiā novitatis ἔγκλημα excu-  
 saret. Neque enim merito illud dicendum novum, quod cum analogia fidei convenit, sicut ipsa analogia fidei non nova est. Aliam itaque tantum sententiā, inquit, facere potest. At boni & orthodoxi sine periculo fidei in interpretationibus Scripturarum obscuriorum dissentire possunt. Unde Vincentius Lirinensis in Commonit. diversæ, ait, diversorum interpretatiōnes & sententiæ de eodem loco S. Scripturæ non sunt hæreses, sed sunt explicationes tantum tolerandæ, & sape etiam, quia lumen obscuris Scripturæ locis afferunt, laudandæ. Hinc pulchrum est & mirifice decet, ut a noxiis æquitas dirimat innoxia, circumspiciatque sedulo, quæ aut obesse doctrinæ puritati, ut carentur, aut ei conducere possint, ut tempestive suscipiantur. Ac

e 4 probe.

probe meminisse oportet, tutius  
esse, curatius examinare singula,  
& ubi rationi magis quam au-  
toritati obtemperare. Sic fit, ut  
idem plane institutum teneamus,  
quod Hieronymo olim impense  
„placuit: nec juxta Pythagoræ  
„discipulos, scribit ille in epist. ad  
„Miner. & Alexandrum, (u) præ-  
„judicata Doctoris opinio, sed do-  
„ctrinæ ratio ponderanda est. Si  
„quis autem contrariæ factionis  
„immurmurat, quare eorum ex-  
„planationes legam, quorum  
„dogmatibus non acquiesco. Sci-  
„at, me illud Apostoli libenter au-  
„dire: omnia probate, quod bo-  
„num est, tenete. Et Salvatoris  
„verba, dicentis: estote probati  
„nummularii: ut, si quis nummus  
„adulter est, & figuram Cæsaris  
„non habet, nec signatus est mo-  
„neta publica, reprobetur. Qui  
„autem Christi faciem claro præ-  
„fert lumine, in cordis nostri mar-  
supi-

(u) Tom.  
III. Opp.  
p. 195.

supium recondatur. Meum pro-  
positum est, antiquos legere, pro-  
bare singula, retinere, quæ bona  
sunt, & a fide Ecclesiæ Catholi-  
cæ non recedere.

Et sane, quam vellem, ut an-  
tiquorum Ecclesiæ Doctorum le-  
ctio aliquanto diligentius & pen-  
sius haberetur, nec fontes illi tur-  
piter adeo negligerentur, ex qui-  
bus tota Orthodoxiæ Evangelicæ  
ratio, si a Scriptura abeamus, pa-  
ttere rectius & luculentius potest.  
Et quantæ, quæso, vecordiæ est,  
talia tineis tenebrisque addici &  
fere fastidiri scripta, quæ genui-  
nam nec fucatam Lutheranæ an-  
tiquitatis pulchritudinem aperti-  
us ostendunt. Et nescio quo stu-  
dio nonnulli magis ardeant, ut  
preium & auctoritatem eorum  
minuant, quam tueantur ex æ-  
quo atque attollant. Antiqua  
Spangenbergii querela est: (x)(x) In Epist.  
Mortuus est Lutherus in labiis "Theolog.

e s &

Schlüssel-  
burgii p.  
195.

& corde multorum Theologo-“  
rum, qui tamen Lutherο se vi-“  
cinissimos jactitant. Idem soci-“  
orum Melanthonis, Bugenhagii,  
Crucigeri , aliorumque Refor-  
matorū fatum, quorum imitari  
virtutes quam exaggerare culpas  
pulchrius esset , præstantiusque  
eorum pressius legere vestigia,  
quam a pristina deflectere since-  
ritate , & sectari ea, quæ magis  
impedita sunt , ac in diversa fe-  
runtur. Certe sacra & venerata  
mihi magis tanta nomina sunt,  
cum quibus etiam antiqua ac sa-  
niora statuere malo , quam cum  
veris novatoribus recentiorum  
quorundam Præceptorū decreta  
& placita speciosiora approbare,  
etiamsi vel millies ista velut Chi-  
liastica aut Pietistica , sicut con-  
viciantur , durissimo ore, nulla  
fronte explodantur. Nec miror  
ob perversos hominum mores,  
invisis adeo nominibus infestari  
jacta-

jactarique publice nunc ea, quæ  
sine culpa ac noxa in puriore Ec-  
clesia a γνησίως Orthodoxis tanto  
olim consensu admittebantur.  
Quippe, ubi nec partium nec hy-  
potheseon adeo studia vigebant,  
& paulo majorem Theologi mo-  
destiæ ac æQUITATIS curam habe-  
bant, quam ut miscerent quadra-  
ta rotundis, & egregie præcla-  
reque meritos juxtaque degene-  
res in Ecclesia viros æQUALI om-  
nes jure censerent. Ac indignor  
tantopere sibi placere in ea re pro-  
letarios quosdam scriptores, ut  
quæ modestius disceptare pote-  
rant ac debebant, malint acerbi-  
us insectari. Et, ut intestius im-  
petant, sibique adversas opinio-  
nes durius elidant, tot diverticu-  
la, tot flexus subinde quæruntur,  
ut absurdæ & aliena atque inepta  
& impia affingere proclivius li-  
ceat.

Itaque nihil frequentius fit,  
quam

quam ut male consutæ in dijudicandis aliorum sententiis aliæ ex aliis exstruantur consequentia, & iniquæ ac multis modis aberrantes conclusionum nectantur fidiculæ, præpostero sane studio & ab ipso Constantio Imp. in concilio Constantinopolitano, cum Eudoxius Antiochenus Episcopus accusatus esset, rectissime

(y) vid. Ve-  
delins de  
prudentia  
veteris Ec-  
cles. p. 193

damnato: (y) ἡ χρητοκάζουτας τὰς δικαζούσας οὐνειν, τάδε πεπραγμένα σὺν αἰρετείᾳ ζῆτειν: non decet topicis conjecturis ac artibus niti in judicando, sed ea quæ gesta sunt accurate perverstigare. Cumque hic nullum æquitatis præsidium sit, aut maligna verborum detorsio aut dictatoria definitio præsentius utique telum ac adjumentum expeditat. Quod his ipsis Acontii verbis alio jam loco detestatus

(z) Stratæ sum: (z) interalia male inter-  
gem. Sata. pretandis alterius verbis aliud pec-

peccatur sæpiissime, quod cum “ *na lib. II. p.*  
 animis nostris ita ratiocinamur, “ 85. *DOCE*  
 si es'let id, quod iste ait, hoc & “  
 illud inde sequeretur; atque ita “  
 quæ consecutiones sunt nostro “  
 collectæ judicio, eas nostris tri-“  
 buimus adversariis, quasi illi ita “  
 enunciarent, tempusque omne “  
 terimus iis refutandis, quæ forte “  
 ne cogitarunt quidem unquam, “  
 quo tum eos irritamus, tum nos “  
 etiam risui exponimus. *HEqui-*  
*tatis* itaque erit in hoc itidem ne-  
 gotio sollicite ponderare omnia,  
 ut suis singula momentis nexi-  
 busque veris, non dubiis, nec te-  
 merariis discutiantur, neque in-  
 vidiosis adeo consectariis tam im-  
 modeste ac impotenter graven-  
 tur ea, quæ novimus tot gravis-  
 simorum olim hodieque Theo-  
 logorum puncta tulisse. Nec ab-  
 sone hic Petr. Musæus quoque ju-  
 dicat: (a) inique alios damnare, (a) *de fa-*  
 „qui non discernunt errores ipsis *geniendo* Syn-  
     ver-

cretismo p. „verbis fundamentales , ab iis;  
 316. „qui vi consequentiæ tales sunt,  
 „aut eos , qui assentiuntur con-  
 „clusioni , cum his qui non assen-  
 „tiuntur ; eodem loco habent, aut  
 „denique , si quos non assentiri  
 „conclusioni ob ignorantia con-  
 „sequentiæ sit probabile, nihil in-  
 „teresse putant, voluntarie & cul-  
 „pa sua , an inculpate & involun-  
 „tarie vim consequentiæ ipsos i-  
 „gnorare arbitrentur. Hoc nisi  
 fieret, tam crassa de Chiliasmo  
 etiam vel Pietismo vix possent  
 procudi volumina, ac navata qua-  
 si præclare opera ad dignoscen-  
 dam propius aliam ac commen-  
 ticiam plane causam eadem tam  
 prolixè commendari. Ac multa  
 certe hic recensendi in istam rem  
 nunc occasio esset, sed explicare  
 pluribus , quæ huc spectant, præ-  
 sentis instituti non est. Et nolo  
 speciatim attingere, quæ dura ce-  
 leberrimis alioquin in Ecclesia vi-  
 ris

ris hactenus contigerunt , nec altius juvat repetere , quæ mea cum adversariis per integrum fere decennium fata fuerint , ferenda tamen lenius & condonanda utrinque facilius , si cautius in postrum ac æquius inter Orthodoxos Theologos agatur .

Et quidni sat rixis , obtrectationibus accusationibusque , sat fraternis odiis inimicitiisque , intestinis dissidiis , quibus alter alterum consumimus , sat affectibus superque datum ? Novimus quanta hodie ingeniorum vanitas , quanta seculi infelicitas sit , quo majori vigilantia & intentio re quoque cura opus erit , ut adversus singulos casus nos obmuniamus probe . Faceant itaque tam noxia partium studia , facturiendi iste puritus , schismatica nomina , nec ulcerum vulnerum ve Ecclesiæ diducendorum detestanda cupido , non alienæ vel famæ

mæ obfuscandæ vel ὁρθοδοξίας traducendæ laceſſendæque proterva lubido aut litium etiam ferendarum, augendarū, continuandarum infame studium, docentium porro animos calamitosue impune occupent. O quanto satius sanctiusque erit tantis crescentibus ubique malis calamitatibusque vehementius obſistere, nec ulla pacis & concordiæ media, quibus ægra & saucia Ecclesia indiget, in primis aspernari. In cuius solo nomine quantum ad ipsam etiam doctrinæ puritatem conservandam positum sit momentum, dum agnoverunt Theologi. Idque ut tutius omnino nec sine emolumento fructuque succedat, æquitatem non minus in laboris consiliique partem advocandam esse perpetuo suaserunt. Atque hæc ratio est vere Apostolica vel in sola Augustanæ confessionis aenbergo. (b) pulchra repetitione toties

(b) p. 104  
edit. Rech-  
enberg.

toties commendata. Sicut enim in omnibus familiis, in omnibus Rebus publicis, concordia mutuis officiis a- lenda est, nec retineri tranquillitas potest, nisi quædam errata inter se dissimilant homines & condonent: ita jubet Paulus Coloss. III. 14. in Ecclesia dilectionem existere, quæ retineat concordiam, quæ toleret, sicuti opus est, asperiores mores fratrum, quæ dissimulet quædam levia errata, ne dissiliat Ecclesia in varia schismata, & ex schismatis orientur odia, factio- nes & hæreses. Ibidem aliquanto post: (c) idem prorsus docet Petrus I. ep. IV. 8. ut si quæ dissensiones inciderint, mitigentur & compo- nantur æquitate, & commoditate nostra. Dissensiones, inquit, crescunt odiis, ut saepe videmus ex levissimis offenditionibus maximas fieri tragodias. Inciderant quædam inter C. Cæsarem & Pompejum leves offendiones, in quibus, si alter alterius paululum cessisset, non existisset bellum civile, sed dum uterque morem gerit odio suo, ex re nihili maximi motus orti sunt. Et multæ in Ecclesia hæreses ortæ sunt, tantum odio Doctorum. Itaque non de propriis

f

deli-

„ delictis, sed de alienis loquitur, cum  
 „ ait, dilectio tegit delicta, videlicet a-  
 „ liena, & quidem inter homines, id  
 „ est, etiam si quæ offendentes inci-  
 „ dunt, tamen dilectio dissimulat, i-  
 „ gnoscit, cedit, non agit omnia sum-  
 „ mo jure. Neq; temere, pergitur, (d) de

(d) *ibid. p.* 107. „ hoc officio dilectionis toties præcipi-  
 „ unt Apostoli, quod Philosophi vocant  
 „ ἐπιείκειαν. Necessaria est enim hæc  
 „ virtus ad publicam concordiam re-  
 „ tinendam, quæ non potest durare,  
 „ nisi multa dissimulent, multa con-  
 „ donent inter se Pastores & Ecclesiæ.

Æquitas itaque velut in omni nego-  
 tio, sic in moderando potissimum  
 Theologorum officio præclarum at-  
 que eximium adjumentum præstat, ut  
 ne pro virtutibus amplexentur iidem  
 vitiæ, pro laudibus culpas consecre-  
 tur, sed larvam a veritate dignoscant,  
 nec a regia unquam via deflectant.  
 Quin hæc unice fatagit, ne quid pie-  
 tati erga Deum vel amori erga  
 proximum detrahatur, & suum  
 cuiusvis dotibus afferatur decus. No-  
 vit, quam variis atque diversis inge-  
 niis moribusque homines degant, &  
 quod illi, sicut in hac mentium caligi-  
 ne exspectandum vix est, ut omnes in  
 omnibus

omnibus idem loquantur ac sentiant,  
 ita nec uno omnes affectu studioque  
 ducantur. Hinc nullius blanditur er-  
 roribus, virtutibus vero ex æquo favet  
 & severitatem juxta ac lenitatem in  
 Theologis æstimat, & in Ecclesiæ sa-  
 lutem securitatemque utramque pro-  
 vide dispensat. Unde nec patitur, ut  
 alter alterius vel laudibus invideat vel  
 moribus, & si quis forte cautæ facilitati  
 atque moderationi impensius studeat,  
 quam ipse solet, hunc corrupti statim  
 ingenii aut teporis alicujus ac dete-  
 standi in religionis negotio frigoris  
 coarguat. In quo non parum certe  
 hodiedum a Theologis maximis etiam  
 peccari videmus, qui non nisi proprios  
 eosque rigidos mores probare solent,  
 & sic in universis requirere, ut  
 cæteros, qui moderationia ac leniora  
 magis amant, infestos ideo reddant  
 ac invisos, malignis certe vel Indiffe-  
 rentismi vel Libertinismi suspicioni-  
 bus, velut ὑπονοίαις πονηραῖς I. Tim:  
 VI. 4. immane quantum premant. Sic  
 fit, ut de integris Theologorum col-  
 legiis vel etiā Academiis iniquius  
 haut raro censeant, & insignes viros  
 velut somnolentos ac ignavos aut pro-  
 ditæ plane veritatis conculcatæq; reli-  
 f 2 gionis

gionis omnino reos pubilce privatim  
ve traducant. Quod indignius est ab  
iis etiam fieri, qui hanc olim vafritem  
in aliis haut leviter aversati sunt. Plura  
hujus documenta dare licebat, sed  
in præsentí unius Celeberrimi Fechtii

(e) Appa-  
ratu ad „igitur ille? Si quis hodie, inquit (e)  
epist. Theo- „veram animi temperantiam serio  
log. Mar- „laudet, aliosque, ut moderatius se  
bachianas „gerant, admoneat, utcunque de  
p. 300. „cætero doctrinæ sinceritatem toto  
sqq. „pectore foveat, utcunque errores  
„omnes cane pejus & angue devitet,  
„apud eos, qui zelo toti ardent & i-  
„sto igne propemodum conflagrant,  
„pessime audit. Solum hodie mo-  
derationis inane nomen retinemus,  
„rem ipsam amissimus. Quisquis in  
„adversarios non totis semper buccis  
„debacchatur, quisquis iis hæreleon  
„plaustra & flagitorum quandam far-  
„raginem non improperat, quisquis  
„quemlibet quomodo libet a nobis  
„dissentientem non ut scelus & Dia-  
„boli mancipium ad orcum condem-  
„nat, quisquis non in propriæ Eccle-  
„siae viscera sævit, nec vel fratrum  
„suorum techos antea nævos denudat,  
„vel novos ex quolibet verbulo ac-  
curato

curato artificio errores fabricat, is  
 scilicet Theologi nomen non mere-  
 tur. Is Ecclesiæ suæ proditor est. Is  
 vel Syncretismo infectus est, vel Syn-  
 cretismi Patronum agit. Eum, tan-  
 quam mortiferum quoddam vene-  
 num, diligentius quolibet Pontificio  
 vel Calviniano, fugiendum esse, sedu-  
 lo monemus. Nunquam magis su-  
 specta, nunquam minus laudabilis  
 fuit, ex quo Ecclesia stetit, modera-  
 tio. Sunt utique, qui sub moderationis  
 nomine pestilens virus occultant, &  
 vel veritatem suppressimunt, vel erro-  
 res tolerant, atque ad illos, quo us-  
 que radices egerint, connivent, quod,  
 qui approbat, qui tacet, Theologi  
 nomen immerito gerit; sed qui in al-  
 tero extremo non peccare plurimos  
 videt, qui sub divini zeli specioso ti-  
 tulo moderationem omnem proscri-  
 bunt, utque eo latius grassari zelo  
 suo possint, novos ex qualibet opi-  
 nione fidei articulos condunt, qui-  
 que eos non illico venerabundi ado-  
 rant, in pernicioſiſſimorum hære-  
 ticorum classes redigunt, is nihil pro-  
 fecto videt. Quam iniquum est, eos  
 Theologos, qui per omnem vitam  
 de Ecclesia bene sunt meriti, de quo-

„rum Orthodoxia tot exstant, quot in  
 „lucem scripta ediderunt, testes, so-  
 „lum ideo, quia nativa quadam in-  
 „dole ab acriori disputandi methodo  
 „& amarulentis atque personalibus,  
 „ut loqui solemus, inventivis abhor-  
 „rent, ut tamen aliis laudem non in-  
 „videant, qui instigante vehemen-  
 „tiori naturæ suæ stimulo quadam stylī  
 „fragore adversarios aggrediuntur,  
 „Vatiniano quadam odio prosequi, &  
 „quantum in te est, ex genuinorum  
 „Theologorum albo eradicare.

Quid Holsaticis jam pridem Theo-  
 logis meisque in Episcopali potissi-  
 mum officio Antecessoribus, Eitzenio,  
 Reinbothio, Sandhagenio, acciderit,  
 in prono atque aperto est, non alia  
 profecto causa, quam quod moderate  
 semper ac pacifice se gesserint, pecu-  
 liari velut Holsatiæ nostræ laude, quam  
 nec Pet. Musæus hoc modo dissimulat.  
 (f) de Syn-  
 cretismo  
 fugiendo  
 in dedicat.  
 \*\*\* b.

(f) Est & tam beate defunctorum piis  
 manibus, quam viventium Theolo-  
 gorum nostrorum ingenio ac meri-  
 tis suis honor, sua dignitas, sua laus  
 & æstimatio; sine invidia, sine con-  
 temtu, sine supercilie. Qui accusan-  
 tur immerentes, hos Holsatia excu-  
 sat: qui reprehenduntur, quia hu-  
 mani

mani aliquid passi sunt , cum plura “  
 laudanda vel fecerint vel scripserint , “  
 hos laudat : quibus calumnia alienas , “  
 opiniones affinxit , hos interpretatur , “  
 hos defendit , hos vindicat : denique &  
 cum Protestantium aliqui inter se dis- “  
 sident , horum non causam in alte- “  
 ram partem vel judicio vel arbitrio “  
 vel suffragio , sed conciliationem voto “  
 & precibus ac consiliis prosequitur . “  
 Hoc enim & accommodatus ad ca- “  
 ritatem , & tutius ad pacem ; illud ad “  
 invidiam magis atque lites compa- “  
 ratum est . Quod ad me est , ita me “  
 semper hactenus comparavi , ut bona  
 ac temperatam ejusmodi mentem  
 perpetuo amarem , iisque insisterem  
 itineribus , quibus tot praeclari jam du-  
 dum Theologi præcesserunt , quin imo  
 nihil agerem curare magis ,  
 quam ut sua Iaus Holsatiæ gloriaque si  
 amplificari non posset , indeminita  
 tamen maneret . Et certe hac nostra  
 tempestate , si unquam alias , hujus i-  
 tem notæ Theologos requiri persua-  
 sisimum habeo , quales Buceris in suis  
 axiomatibus apologeticis Amsdorffo (g) Scripto-  
 an . 1537 . oppositis numero statim pri- rum Angli-  
 mo describit : (g) Theologum decet canorum  
 loqui sermones Dei , & verus in puri- “ p . 635 .

f. 41v. tatem

statem verbi Dei zelus nunquam va-  
 cat dilectione & candore. Habeat  
 flagrantissimus ille ac fervidus Spiritus  
 suas alibi laudes, sed æquitati si nihil  
 officiat, nec inconsultus animi impe-  
 tus zeli forte nomen induat, alibi ta-  
 men iste placidus ac quietus etiam  
 commendetur, nec committatur, ut  
 præclara Theologorum facta pro su-  
 pervacuis aut leviusculis eleventur,  
 tamque eximia in Ecclesiam merita  
 ceu damnoſa increpantur. Est quoque  
 ſuus cuilibet regioni velut peculiariſ  
 geniuſ, peculiariſ agendi ratio, quam  
 non defererē ſicuti boni ciViſ eſt, ita  
 in tuenda ſimiſter Orthodoxya in rem  
 vocare, ubi plurima jam inde in Eccle-  
 ſiam & Rempbl. redundasse commo-  
 da noveris, prudentis item Theologi  
 eſſe arbitror. Atque hoc meum etiam  
 conſilium nuac eſt, quod me pariter  
 movit, ut cum de puritate doctrinæ in  
 hiſ iſpis Ducatibus conservanda deſen-  
 dendaq; publicas quasdam commen-  
 tationes ac acroſes in Academia no-  
 ſtra instituere animum nuper induxe-  
 rim, has iſpas trium celeberrimorum  
 Ecclesiæ Reformatorum vere Apo-  
 stolicas ad Theologos omnes Ortho-  
 doxos admonitiones præmittendasve-  
 lut eſſe censuerim. Neque

Neque alio ad Te nunc instituto,  
 celeberrime RECHENBERGI, mitto,  
 quam ut meum hunc animum, quem  
 in afferenda veritate Orthodoxa  
 constanter hactenus gessi, enucleatius  
 inde cognosceres approbaresque. At-  
 que cum plura jam dixisse in hanc rem,  
 meque longius aliquanto dulcedinem  
 quandam Tecum publice loquendi  
 provexisse videam, abrumpendum  
 hic tandem erit, & prorsus abstinen-  
 dum ab iis omnibus, quæ de Trium-  
 viris istis eorumque his opusculis re-  
 censere pensius mihi sumpseram. Hæc  
 tamen necesse omnino est ut addam,  
 primam Casp. Crucigeri Orationem  
 in selectarum declamationum Phil.  
 Melanthonis Tomo I. p. 47. sqq. jam  
 editam extare, itemque Lutheri epi-  
 stolam cum appendice ad ejus ætatis  
 controversias Flacianas potissimum  
 accommodata expressam quidem  
 seorsim Lipsiæ characteribus publi-  
 cis Vogelianis 1572. nullibi tamen  
 vel in Tomis ejusdem vel epistolarum  
 voluminibus, quantum memini, re-  
 periri. Cæterum aliam ad Senatum  
 Norimbergensem de hac ipsa inter  
 Andr. Osiandrum cæterosque Eccle-  
 siæ ministros circa formulam absolu-

f s              tionis

tionis publicæ orta tum dissensione  
eamque gravissimam Lutheri episto-  
lam Tomo VII. Altenburgensi fol.  
398. sq. legi, cui etiam Bugenhagius,  
I. Ionas, Melanthon & Cruciger sub-  
scripserunt. De tertia vero Melan-  
thonis nondum constat satis, an pub-  
lice prodierit unquam, certe in om-  
nibus istis Melanthonianis collectio-  
nibus, quæ mihi ad manus sunt, qua-  
lesque vel Manlii, vel Peuceri, vel Pe-  
zelii, vel Sauberti industriae debentur,  
frustra omnino queritur. Invenitur

(h) p. 273. tamen in Manlio (b) altera ista, cujus  
Melanthon hic mentionem injicit, &  
ad D. Medlerum Theologum non  
Brunsvicensem, ut ille putat, sed  
Naumburgensem die lœtissimi Ma-  
riæ & Elisabethæ congressus anno  
1547. data epistola, unde nostram hanc  
ex MSto nunc quidem excusam ad Mo-  
rum collegam ejusdem, quo cum ipsi  
non levis contentio erat, missam eo  
tempore esse haut temere licet conje-  
ctare.

Subjicerem itidem libens lubensque  
nonnulla de Triumviorum istorum  
celeberrimorum amore mutuo, & æ-  
stimatione mutua haut vulgaria docu-  
menta; sed nimia jam festinatio pro-  
hibet,

hibet. Id unum tamen dissimulandum non est, haut disparem & Melanthōnis & Crucigeri, in eo fuisse sortem, quod, sicut divinorum & humano-<sup>“</sup>rum studiorum æternum istud decus,<sup>“</sup> ut Joh. Draconites Melanthonem me. rito commendat, (i) a Præceptore (i) *Præfata* & collega suo Luthero discessisse sapientiam, nec eandem utriusque doctrinam fuisse decantatissima fere fabula est, quam alio tempore plenius excutiam; ita de Crucigero quoque hæc talia passim ac subinde jactitantur, quem nec candido satis atque benevolo erga Lutherum animo fuisse cum Affelmano (k) *de Phi-  
lippismo lit.  
d. 4.*

nonnulli ex levioribus pene indicis colligunt. Quam vere & recte nunc non disputo, & novimus pravam ejusmodi consuetudinem ex dubiis adeo nec satis probatis literis tantorum virorum optimam ac meritissimam imminuendi famam jam dudum aliis displicuisse. Ac demus maxime in nonnullis sequiore fortè mereri notam, homines enim fuerunt, criminari tamen promiscue viliaque habere, quæ præstiterunt ac scripsierunt egregia, non levis modo atque iniqui sed impii prorsus animi esse judico. Ac quidni digni celebratissimi isti

isti viri videantur, ut nec aliis quam suis moribus, hoc est, placidissimis ac lenissimis cum ipsis agatur? A quibus tamen morosi ac litigiosi alii a deo abhorrent, ut bonos obrectare malint quam excusare, & contemtu ac contumeliis summorum nominum suam fere hodie tutari Orthodoxiam. Aliam sane sectam ac rationem illa compositissimi animi moderatio Hieron. Wellero quondam injunxit, qui rectius omnino de utroque Melanthone & Crucigero ac benignius sentit, nec quicquam impedit, quin candidum ejusdem judicium velut cornidis loco hic attexamus. Ita enim de Luthero & Melanthone inter alia scribit:

(1) Opp. La.  
tinorum  
nuper edi-  
torum Sect.  
III. & IV.  
p. 166. sq.

(1) Utterque præclare de Ecclesia meritus est. Utterque eodem animo & studio doctrinam Evangelii propagavit, sed dispari tamen spiritu. D. Lutherus more Eliæ ac Esaiæ in taxandis solitus est; Dominus Philippus autem exemplo Joëlis adversariorum animos lenitate flectere ad pœnitentiam studuit. Memini Lutherum dicere: Magister Philippus iste ein from Herz/ er wolte gerne die Wiedersacher mit

mit guten Worten from machen; Ich  
 Waldrechte/ er aber hōfelt. Minime  
 igitur ferre poterat, si quis Dominum  
 Philippum reprehendebat , dicens :  
 Ach sie verstehen Dominum Philip-  
 pum nicht recht / ich aber versteh  
 Ihn wohl. Quare omnibus Theolo-  
 giæ studiosis semper auctor & hora-  
 tor fui, ut utriusque summi viri di-  
 vina scripta studiose evolverent. Do-  
 minum Philippum propter metho-  
 dum: D. Lutherum vero propter e-  
 locutionem legerent, eaque in re me  
 um exemplum imitarentur. Semper  
 enim lectionem scriptorum Domi-  
 mini Philippi , cum monumentis D.  
 Lutheri conjunxi , id quod scripta  
 mea testantur. Et si quis , præclare  
 de Domino Philippo sentit, ego ma-  
 xime : nec unquam scriptis ejus of-  
 fensus aut perturbatus sum. De Cru-  
 ciero vero paulo postibidem subdit:  
 (m) Quantus vir D. Crucigerus fue-  
 rit, testantur ejus scripta. Excelluit  
 ingenio, eruditione linguarum , &  
 omnium artium cognitione libera-  
 lium. In Theologia vero ita profecit,  
 ut jure alter Lutherus dici posset. In-  
 ter omnes discipulos Lutheri nemo  
 felicius ipso Præceptorem suum imi-  
 tatus

(m) p. 171

"tatus est. Per omnia fere similis fuit  
 "Luther, non modo quod ad genus  
 "dicendi, sed etiam docendi rationem  
 "pertinebat Lutherus de nullo discipu-  
 "lorum suorum majorem spem con-  
 "ceperat quam de Crucigero. Itaque  
 "amavit eum, ut filium suum unicum,  
 "propter ipsius singularem pietatem,  
 "eruditionem & modestiam. Fuit  
 "enim in eo nihil fucatum, nihil simu-  
 "latum: si quis ab omni hypocrisi ab-  
 "horruerit, ipse maxime.

Plura hic nunc prætermittenda sunt. Interim suus cuique perstet ho-  
 nos, Venerande RECHENBERGI, &  
 ab injuria temporum per nos etiam,  
 quantum licet, afferantur, quæ inquisi-  
 sima hodie nonnullorum invidia ac o-  
 dio premuntur. Ex iis enim Te quo-  
 "que esse novi, qui istam pietatem,  
 "diligentiam, fidelitatem, manuetu-  
 "dinem, beneficentiam, pacis & ve-  
 "ritatis studium, quæ omnia de Me-  
 lanthone Polyc. Lyserus etiam prædi-  
 cat, (n) aliasque summorum virorum  
 laudes malunt imitari, quam, si qua  
 possint, easdem accidere & obtrectare.  
 Ita Te semper perspexi, nec in poste-  
 rum ab hisce Tuis abibis moribus.  
 Eadem mihi stat, semperque stabit sen-  
 tentia,

(n) Syloge  
 epistola-  
 rum nuper  
 editar. p.  
 284.

tentia, non affectui quidquam non  
odio tribuere, nec factioni alicui im-  
plicitum, nec humano nomini manci-  
patum, sed veritati unice ac æquitati  
pariter studere per omnia, ut decet  
 τὸν μὲν ὁρθοδοξίας ὑπέρμαχον, τὴν δὲ  
 καινοδοξίας ἀντίμαχον, de cætero ad“  
 hos duos fines præcipue, ut cum Me“  
 lanthonis verbis concludam, (o) to-“  
 tam vitam & omnia vitæ studia & “  
 consilia referre ; primum, ut Dei “  
 gloriam illustremus, deinde, ut Ec.“  
 clesiæ proslimus. De quorum altero “  
 dicit Paulus : omnia ad gloriam Dei “  
 facite. De altero Psalmus CXXII. “  
 Rogate quæ ad pacem sunt Jerusa-“  
 lem. Et additur dulcissima promissio “  
 in eodem versu, eos qui diligunt “  
 Ecclesiam, felices & beatos fore. Hæc“  
 cœlestia mandata & hæ promissiones“  
 invitent omnes, ut Ecclesiæ doctri-“  
 nam recte discant, ament ministros “  
 Evangelii, & salutares Doctores, & “  
 conferant studium & operam adve-“  
 ræ doctrinæ propagationem, & “  
 ad veræ Ecclesiæ concordiam tuen-  
 dam. Ita vale quam optime, cele-  
 berrime RECHENBERGI cum cha-“  
 rita:

(o) Vid. in  
hist. de vita  
Lutheri sub  
fin.

ritatibus Tuis , remque publico Ec-  
clesiae ac Academiæ bono , quod fa-  
cis , strenuus age , & porro favere  
perge

Summe Venerandi Nominis  
Tui

Raptissime scribebam

Slesuici d. 25.Mart.

A. O. R. M DCC IX.

*Studioſiſſimo cultori*

M u h l i o D.

SPHALMATA INSIGNIA MAXIME.

P. 4. lin. ult. post *hūic* omisſum *amori*.  
p. 6. lin. 17. pro *ōμονοίας* l. *ōμονοίας*. p. 9.  
lin. 5. pro *condemnare* l. *condemnari*.  
p. 11. lin. 14. pro *conſiderentur* l. *con-  
ſiderentur*. p. 38. lin. 9. pro XIV. l. IV. p.  
44. lin. 9. pro *convertant* l. *obvertant*.  
p. 52. lin. 9. pro *Eunamium* l. *Euno-  
mium*. p. 64. lin. 22. pro *ἀνθώτων* l.  
*ἐισαρθότων*. p. 65. lin. 18. pro *ευπηδάτω* l.  
*ευπωσάτω* p. 69. lin. 3. *vocula at delen-  
da*. p. 70. lin. 4. pro *ſtimulem* l. *ſtimu-  
lemusque*. Ibid. lin. 9. pro *verē* l. *verā*.  
Ibid. lin. ult. *vocula ut delenda*. p. 79.  
lin. 11. post *inimicitiasque* omisſum *ſat*.

*Cetera benevolus Lector faciliter ipſe  
negotio emendabit.*

**ORATIO**  
**D.CASPAR. CRUCIGERI**

DE

PVRITATE DOCTRINÆ IN  
ECCLESIA CONSERVANDA, IN  
PROMOTIONE DOCTO-  
RUM THEOLOGIÆ  
HABITA 1536.

**N**ON existimo a me postulari , ut exponam causas consilii nostri in promovendis Doctoribus Evangelii , cum ex hoc ipso loco non semel ostensum sit , a doctissimis viris , hunc morem scholarum , uti , qui vocantur ad docendum Evangelium , publico testimonio ornentur , maximis & necessariis de causis , conservandum esse . Quia enim plurimum refert in Ecclesia , qui ad ministerium docendi Evangelii accessuri sunt , doctrinam & mores probe cognitos esse , & Paulus vetat quenquam nisi ante exploratum , ad docendum admitti , ac jubet requirendos esse homines fideles , & idoneos ad docendum , quibus commendetur ministerium : nos quoque oportet religiose operam dare , ut ne inexploratos ad docendum irrumpere sinamus , eos quorum

*Publicum  
testimonium  
necessarium  
Theologis.*

rum industria ac studium pietatis  
 nobis probatur, nostro testimonio  
 Ecclesiis commendemus. Cum  
 enim hæc sit publica quædam vo-  
 catio, necesse est & publicum te-  
 stimonium ad eam accedere: sed  
 quoniam existimo nostrum con-  
 filium a nemine sano reprehendi,  
 non judicavi de eo pluribus di-  
 cendum esse. Cum autem mihi  
 datum sit negocium de more pu-  
 blico hoc loco dicendi, etsi non  
 ignoro me & elocatione, & aliis  
 facultatibus multis modis impa-  
 rem esse huic provinciæ, & nihil  
 afferre posse, quod vel novitate &  
 gratia argumenti, vel commen-  
 datione orationis placere possit,  
 tamen quia propter publicam au-  
 toritatem, quam mihi detrectare  
 non fuit integrum, aliquid dicen-  
 dum est, statui in præsentia sacra-  
 rum literarum studiosos, & qui ad  
 docendum accessuri sunt, admo-

A 2 nere

nere de suo officio, ut, postquam  
summo Dei beneficio, hoc tempo-  
re pura Evangelii doctrina reno-  
vata ac restituta est, omnes suas  
cogitationes, curas & studia con-  
ferant ad conservandam in Eccle-  
sia puritatem doctrinæ, ac memi-  
nerint sibi unum hunc finem pro-  
positum esse, ad quem semper  
spectare, & quo omnis noster  
cursus contendere debeat. Hæc  
adhortatio quam necessaria sit,  
præsertim hoc novissimo tempo-  
re, non solum præsentia summa  
pericula, sed etiam maiorum in  
posterum metus admonere nos  
debet, in quæ jam prospicientes  
homines pii, & rerum spirituali-  
um periti, sic judicant, non posse  
puram religionis doctrinam con-  
servari, nisi in hoc unum commu-  
nibus studiis, ac conjunctis omni-  
bus viribus toto pectore incum-  
bant omnes, quibus in Ecclesia  
com-

commissum est docendi munus.  
 Quod ut fiat, in primis opus concordia, sive coniunctione animorum inter Doctores. Itaque de hac virtute aliquid hoc loco dicam, tametsi hæc adhortatio multo latius patet, quam ut nunc pertexi possit. Principio autem, cum de *Concordia Ecclesiastica* dicitur, intelligendum est, primum omnium requiri consensum puræ doctrinæ Evangelii, hoc enim caput est, & fons omnis Christianæ concordiae. Quare hic non sunt audiendi, qui vociferantur nos publicam Ecclesiæ tranquillitatem perturbare, concordiam labefactare & convellere, quia discedimus ab iis, qui autoritatem, titulum, & nomen Ecclesiæ, multitudinis approbatione, & præscriptione longi temporis, sibi arrogant, tamen contra Evangelium, injusta dogmata defendunt, & nos, quia ipsis

*Ecclesiastica  
carequirit  
puræ do-  
ctrinæ con-  
sensum.*

A 3

non

non subscribimus, omnibus diris  
devovent, in ferro, in flamma &  
omnis generis crudelitate perse-  
qui conantur. Nos vero cum ha-  
beamus in scriptura Dei manda-  
tum clare expressum, ne adjunga-  
mus nos falsa & impia docenti-  
bus, nec adversariorum clamori-  
bus, neque ullis propositis pericu-  
lis moveri debemus, nec proba-  
re eorum consilium, etiam si qui  
bene studio ducuntur, qui sic mi-  
rantur, & expetunt publicam con-  
cordiam, ut eam post habeant pu-  
ritati doctrinæ, & potius ducant  
in Ecclesiis tolerari, ac dissimula-  
ri palam impias opinones, & ma-  
nifestos abusus, quam periclitari  
tranquillitatē publici status. Scite  
“illud videtur dictum esse: amicus  
“Plato, amicus Socrates, sed magis  
“amica veritas. Ita nobis existi-  
memus primam curam esse debe-  
re, ut veram doctrinam tueamur.

Veritas.

not.

Et

Et cū de concordia Ecclesiæ præcipitur, sciamus nos cum iis, quos scriptura vocat Ecclesiam, hoc est, qui puram doctrinam tenent, & in ea consentiunt, conjungere debere. Cum autem nobis Dei beneficio contigerit, ut apud nos extet vera Evangelii doctrina, repurgata ab omnibus impiis opinionibus, hic intelligamus nobis & concordiam præcipi, & nihil a nobis majori agendum studio, ac contentione, quam ut eam inter nos tueamur, & per eam Evangelii beneficium divinitus datum, quantum in nobis est, conservare studeamus, ac cogitemus ad doctrinæ conservationem, nullā esse virtutem Ecclesiæ in universum magis necessariam & salutarem, quam veram & sinceram concordiam, & animorum conjunctionem inter Doctores. Etsi enim verum est, etiam consilio, ac po-

A 4                      ten-

tentia divina puram doctrinam  
in Ecclesia conservari , tamen  
cum de nostro officio dicendum  
est, quia Deus ministerio verbi ,  
per homines in Ecclesia agit, ma-  
ximi momenti res est , non tan-  
tum ad publicam tranquillitatem ,  
& alia commoda, sed etiam ad do-  
ctrinæ puritatem conservandam.

*Quid vocet  
concordia.*

Nam concordiam voco, non tan-  
tum opinionum & doctrinæ , sed  
etiam voluntatum consensionem ,  
vera coniunctione inter se mutuo  
deyinctos esse animos docenti-  
um. Sed ut clarius perspici pos-  
sit, quam necessaria sit hæc virtus,  
aliquo modo consideremus ,  
*Discordia  
pestis Eccle-  
siarum.* quantum malorum secum trahat  
discordia, præsertim inter eos ,  
qui sunt in ministerio publico .  
Neque vero hoc judicare difficile  
est, si tantum aspiciantur exem-  
pla, quæ utinam nos non nimis  
infeliciter doceant, ac tantum de  
-091 A præ-

præsentibus conqueri, non etiam  
futura metuere cogamur. Sed de  
exemplis mox dicam, nunc hoc  
prius, ut magnitudinē malorum  
consideremus, quæ sæpe a leui-  
bus, & exiguis, ut apparet, initis,  
oriuntur, ubi hæc pestis irrepse-  
rit in publicum ministerium Ec-  
clesiæ. Neque enim secure con- *Insidia diabol*  
temnendæ sunt Diaboli insidia, *boli, quibus*  
adversus Ecclesiam. Cum enim *turbat Ec-*  
is vere sit, ut dicitur, mille artifex, *clesiam.*  
& Ecclesiam acerbissimo & im-  
mortali odio prosequatur, nec  
cesset, aut desinat omnes vias &  
modos quærere, quibus Eccle-  
siæ dissipationem, & perpetu-  
am vaſtitatem afferat, ubi  
alia non potest, hæc arripit ini-  
tia, & occasiones, ut undecunque  
inter doctores spargat discordiæ  
ac diffidiorum semina. Ubi au-  
tem maxime principio non sunt  
de doctrina dissensiones, sed aliæ  
*temp* A 5 pri-

privatae, ac personales offendio-  
num causae, tamē inde permanant  
ad totam Ecclesiam, & ubi simul  
gliscunt tales, & erumpunt odia,  
primum periclitatur, mox etiam  
palam læditur ipsa doctrina. Nec  
enim tantum exemplo, & scanda-  
lis aliis nocent, propter quæ male  
audit apud adversarios Evangelii  
doctrina, & infirmorum animi  
offensi perturbantur, ac incipiunt  
dubitare de doctrina, aut certe  
eam minus reverenter comple-  
ctuntur, sed ex iis dissidiis, post-  
quam animi cœperunt inter ipsos  
alienari, fœde voluntatum differ-  
sionem, sequitur etiam offendio-  
num dissimilitudo, ultro ample-  
ctuntur occasiones invicem inse-  
tandi, facile rapiunt in calumni-  
am aliorum dicta, etiam bona aut  
certe tolerabilia, ut ea odio depra-  
vent. Ab his initiis decurritur  
ad factiones & partes, & suam

quis-

## I.

*Scandalum*

## II.

*Factiones.*

quisq; sententiam pergit pertina-  
citer tueri, quibus potest modis,  
& adversarium odiosissime cri-  
minari, quædam etiam tantum  
ideo defenduntur, non quod vera  
esse videntur, sed quia voluptati  
est ab adversario dissentire. Po-  
stea latissime vagantur factio-  
nes, dissidia ab autoribus excitata,  
non tantum urbes, sed totas ter-  
ras occupant. Ita quædam priva-  
ta odia ulciscuntur , publica Ec-  
clesiarum calamitate. Ac satis *Origo Re-*  
*apparet, hanc omnibus fere tem- refum.*  
poribus extitisse originem hære-  
seon & schismatum , jam inde ab  
initio evulgati Evangelii , quod  
Diabolus ex ipso corpore Ecclesiæ  
pulchre consentientis in vera do-  
ctrina , excitavit aliquos, qui pro-  
pter privatas cupiditates , aut si-  
miles caussas , ab animorum &  
voluntatum dissensione , ad dis-  
sensiones de doctrina provecti,  
perpe-

perpetua dissidia in Ecclesiis pe-  
 rī incen- pererunt. Quam a levibus princi-  
 dium. piis excitatum est pestilens Ariū  
 incendium , quo postea omnes  
 prope Orientis Ecclesiæ confla-  
 grarunt, quod in electione Epi-  
 scopatus alias Ario prælatus fue-  
 rat. Plena exemplorum est hi-  
 storia omnium ætatum, sed non  
 est opus procul exempla repe-  
 re, cum sint ob oculos præsentia.  
 Meminimus ex hac ipsa schola  
 quosdam, cum initio in afferenda  
 pura doctrina Evangelii, nostris  
 viderentur esse conjunctissimi ,  
 postea, cum ex suis quibusdam  
 suspicionibus, non viderentur se  
 satis admirationis, & gloriæ con-  
 secutos esse, nec pari autoritate,  
 ac existimatione cum Doctoribus  
 haberi, mox exarsisse inuidia, ad-  
 junxisse sibi homines furiosos ,  
 quorum auxilio spargerent fana-  
 ticas opiniones, unde ad extre-  
 mum

sum Anabaptistarum furor in-  
 valuit. Sed quia quidam pœnas  
 dederunt, non nomino. Sed pleris-  
 que vestrum notum esse puto Vui-  
 celiū, qui ut est homo natura am-  
 bitiosus, & de se magnifice senti-  
 ens, cum tamen esset homo ob-  
 scurus, nec quicquam dignum  
 tanta opinione eruditis homini-  
 bus, quam sibi ipsi induerat, pro-  
 tulisset, quia suspicabatur, se non  
 fatis pro dignitate tractari, hac so-  
 la de caussa, cœpit a nostris dis-  
 sentire. Et cum quædam ejus  
 scripta ab amicis leviter essent re-  
 prehensa, exarsit ira atque odio,  
 & miscere omnia conatus est, &  
 quicquid potuit veneni, in no-  
 stros evomuit. Hæc exempla  
 docere nos possunt, quantum  
 malorum afferat in Ecclesia, dis-  
 sensio voluntatum inter docen-  
 tes. Summum malorum est, & "Summar  
 certissima Ecclesiæ pestis, puræ "malorum  
 do."

doctrinæ depravatio: sed ad hanc  
 depravatio. «occasions & caussas præbet di-  
 scordia docentium. Quare quan-  
 tum in nobis est, summa cura, ac  
 studio cavendum est, ne nostra  
 aliqua culpa ejusmodi malum in-  
 ter nos excitetur. Neque vero  
 cogitemus, nos liberos esse ab his  
 periculis. Nam Diabolus, ut dixi,  
 non desinit nos omnis generis in-  
 fidiis atque artibus appetere. Et  
 nunquam tam feliciter agetur in  
 rebus humanis, quin existat etiam  
 inter bonos aliquæ offendionum  
 occasions. Magna est inter ho-  
 mines ingeniorum, & naturarum  
 dissimilitudo, itaque facile potest  
 accidere, ut alii aliorum factis ac  
 dictis offendantur. Et cum se-  
 mel admittimus occasions, po-  
 stea ipsi nobis indulgemus, animi  
 paulatim incipiunt alienari, acce-  
 dent finistræ suspiciones, quæ et-  
 jam si non erumpunt in simulta-  
 tes

tes, & odia, tamen non abeunt fine incommodo publico, multæ bonæ res impediuntur, cum animi non satis cohærent, nemo alteri confidit, aut sese aperire audet. Ita non conferuntur studia, ad consulendum Ecclesiæ commodis, non sunt de rebus necessariis deliberationes, aut collocutiones, quomodo obscuriores controversiæ religionis, clare & proprie, ac ad unam aliquam certam formam secundum scripturam explicentur. Sæpe non satis intelligi potest, quid quisque sentiat. Hæc jam satis magna sunt: quid autem futurum est, si accedunt & illæ pestes, similitates, odia, factiones, tumultus, & amarulentæ criminaciones, pugnæ, quas merito quisquis est Christianus, toto animo execrari, atque exhortescere debet. Quamobrem, tametsi hæc quidem schola hæc-

nus

nus pacata fuerit , & inter Do-  
ctores singulare studium concor-  
diæ appareat, tamen ut ea porro  
conservetur , huc conferamus  
curam & cogitationes nostras , ut  
his malis, quæ dixi, occurramus.  
Et est sane ad hanc rem opus sin-  
gulari cura ac prudentia, & hoc ,  
ut in aliis rebus, ita hic quoque  
necessarium & utile præceptum  
est, quod monet principiis esse  
obstandum. Litis initium , in-  
quit Salomon, perinde est, ac si  
alveum ruperit aqua, quæ postea  
nulla vi intus contineri potest. Ita  
in Ecclesia a parvis initiis, ortæ  
dissensiones, postea cum in value-  
runt, nullis remedii sanari pos-  
sunt. Quare quantum possumus,  
vitemus occasiones omnes, præ-  
cidamus quicquid impedit , aut  
obstat, etiam si quæ justæ viden-  
tur esse caussæ offendionum, con-  
donemus mutuo , dissimulemus  
pri-

*Principiis  
obsta.*

*Quomodo  
ista Eccle-  
sie concor-  
dis alenda.*

privatas injurias, propter publicam pacem, nostra commoditate placemus aliorum animos offensos, amice ac placide conferamus cum aliis de dogmatibus religionis, & gravioribus controversiis, ipsi nihil temere pronunciemus, nisi de communi sententia cum doctioribus diligenter collata, si quid ab aliis tolerabiliter dictum est, non statim calumniose exagitemus, si quid erratum, fraterne admonendo corrigamus. Denique conjungamus studia & operas mutuas, ut extet clara & consentiens explicatio totius doctrinæ, in qua nihil hæreat perplexi, nihil ambigui: in summa, quemadmodum alios videimus pro suis commoditatibus ambitiose & contentiose niti ac pugnare, ita nos φιλοτιμόυμενοι, ut Paulino verbo utar, & quasi affectato studio hoc agamus, ut sit in

B

Ec-

**Ecclesia sarta, tecta, & ad posteros**  
**etiam durabilis concordia. Est e-**  
**nim & hoc inter multa hujus ge-**  
**neris sanctissima præcepta Pauli**  
**ad Ephesios: cum omni humili-**  
**tate, inquit, cum mansuetudine,**  
**cum patientia tolerate invicem in**  
**charitate, solliciti servate unita-**  
**tem spiritus in vinculo pacis. U-**  
**nitatem spiritus præcipit, hoc est,**  
**veram consensionem doctrinæ,**  
**& eam inquit contineri pace &**  
**concordia, tanquam vinculo.**  
**Deinde hujus sollicitum studium**  
**requirit, & significat, non posse**  
**conservari Ecclesiæ concordiam,**  
**nisi adsint haec virtutes, humilitas,**  
**mansuetudo, patientia, quibus**  
**inter nos mutuo toleremus. Chri-**  
**stus ipse jam discessurus a suis,**  
**hoc unum mandatum ait se relin-**  
**quere, ut invicem diligent, nec**  
**piget ipsum hoc præceptum ite-**  
**rum atque iterum repetere, & in-**  
**cuk-**

**Christus.**

culcare, ut significet, quantæ cu-  
 ræ velit esse iis, qui præsunt Ec-  
 clesiis. Quare & nobis hoc in-  
 culcemus, ut semper ob oculos &  
 infixum animis habeamus. Maxi-  
 ma pericula sunt, quæ expectare  
 oportet piis doctores propter Ec-  
 clesiam, a Satana & mundo, multæ  
 sunt difficultates, & incommoda,  
 quæ in ipso cœtu Ecclesiæ inci-  
 dunt. Hic oportet esse magnam *Qui doctos*  
 vim dilectionis, quæ contemnere *res pericula*,  
 possit pericula, perferrere omnes  
 acerbitates, tolerare, & condona-  
 re injrias, mederi incommodis.  
 Hæc non faciunt, qui non ex ani-  
 mo afficiuntur Ecclesiæ miseriis,  
 & ejus integritatem, ac salutem,  
 sua ipsorum vitâ chariorem ha-  
 bent. Itaque subjiciamus nobis,  
 qua charitate nos complexus sit  
 Christus, cum pro nobis liberan-  
 dis ex diaboli regno, peccato,  
 morte & inferis, sanguinem suum

*sustinere*  
*possim.*

profudit, & si quidem ejus disci-  
puli haberi volumus, faciamus ut  
sentiat Ecclesia nostræ quoque  
dilectionis aliqua officia; move-  
ant nos non tantum præsentis  
temporis pericula, sed etiam po-  
steritatis, cui certe debemus,  
quantū per nos fieri potest, relin-  
quere Ecclesiam nostra concordia  
conservatam; cogitemus nullum  
nos Christo gratius officium,  
nullam Deo sacratiorem hostiam,  
ac acceptatiorem cultum præsta-  
re posse. Suavissimum est Davi-  
dis carmē de concordia Ecclesiæ:  
Ecce quam bonum, & quam ju-  
cundum, &c. in quo meminit Sa-  
cerdotis Aaron, ut significet se de  
concordia docentium loqui, & es-  
se proprium Sacerdotum, &  
gratissimum cultum concordibus  
animis docere purū verbum Dei.  
Addit de balsamo & rore, quia  
& Ecclesia hac concordia mirifice

recre-

*Psalm.*  
**XXXII.**

recreatur, & in universū toti vitæ  
hominum nihil ea utilius, nihil fa-  
lubrius. Sed desino hæc longius  
persequi, vobis vero, qui ad doc-  
cendum accessuri estis, commen-  
do & ipsum ministerium, ut in eo  
summa religione versemīni, & ad  
illud afferatis acerrimum concordiæ studium. Oremus au-  
tem Deum, ut nobis donum  
Evangelii, quo nullum in terris  
majus habemus, pro sua miseri-  
cordia conservet. Dux.



B ;

D.

(15)

D. MARTINI LUTHERI  
MISSA AD THEOLOGOS NORIM-  
BERGENSES( ORTA QVADAM  
INTER IPSOS DISSENSIONE)  
PIA ET VERE  
APOSTOLICA  
EPISTOLA.

**G**ratiam & pacem in Christo, Optimi viri & carissimi fratres in CHRISTO, si unquam optavi & petii a Domino, mihi dari sermonem in os bene sonantem, & apud audientes efficacem, nunc maxime peto has litteras meas fieri efficaces & suaves in auribus & cordibus vestris, per virtutem Spiritus sancti. Dici non potest, quanto dolore animi perceperim, inter vos dissidium ortum esse, qui constituti estis in eo loco insigni, angeli pacis & salutis. Nam ut nihil dicam de turba & damno vestrae domesticæ Ecclesiæ: quantum putatis scandalorum aliis Ecclesiis inde emergat? quas glorias, quas ovationes, quos triumphos sibi utrinque adversarii, Papistæ & Sacramentarii atque Anabaptistæ ex isto vestro malo captant & jactant: scilicet hanc offam Cerberus, hanc læti-

B 4 tiam

*Exordium  
a voto.*

*Narratio  
de suo luctu,  
concepto ex  
illorum dif-  
cordie.*

*Ratio.*

1.

2.

3.

tiam malitiæ suæ ex vobis haurit.  
**Causa dis-** Et ut me **CHRISTUS** amet , quan-  
 fidii , non tum ex reipsa & literis vestris (lo-  
 vulgata il- quar enim in tanta necessitate &  
 la, sed pro- periculo liberius ) intelligere &  
 cul dubio arcana ali- judicare possum, non ex ista caus-  
 qua fuerit. sa præsenti, scilicet privata & pu-  
 blica Absolutione, nascitur istud  
 diffidium. Subolet, subolet om-  
 nino, (nolite fingere, nolite dissimulare) fuisse aliquot veteres an-  
 tea offensiones inter vos, & scin-  
 tillas in fomite alitas & pressas,  
 quæ nunc tenui flante aurula, &  
 levi occasiuncula , conantur in  
 incendium surgere, quas si in tem-  
 pore aliqua lingua (ut Esaias ait)  
 erudita & medica affuisset , uno  
 sputulo (Sirach ait) restinxisset ,  
 quæ nunc multorum linguis in-  
 sufflatæ & inflammatae difficilius  
 compescuntur. Nam si ante hanc  
 caussam cor vestrum unum , &  
anima

anima vestra una fuisset in Domi-  
 no, & vinculum caritatis perfectū,  
 impossibile fuisset, istas offensas  
 leves tantum valere, quantū proh  
 dolor valent. Quoties enim digi-  
 tus oculum, dentes linguam, ma-  
 nus manum satis acriter lædit! Et  
 tamen ferunt invicem has offensi-  
 ones sollicita pro se invicem mem-  
 bra. Et vos optime scitis, dicta &  
 facta alterius, quantumvis bona  
 & laudata, accipi pessime ab ani-  
 mo exulcerato & suspiciose, tales  
 enim sunt res etiam Dei, quæcun-  
 que qualesque sunt nostræ vel o-  
 piniones vel conscientiæ: ita ut  
 vitalia judicemus quæ sunt mor-  
 tis, & mortalia quæ sunt vitæ.  
 Quanto magis dicta aut facta fra-  
 tris alterius ægrotus animus ad  
 iniquam partem accipit, præser-  
 tim si fuerint aliquantum repre-  
 hensibilia & manifeste vitiosa. Sed  
 ubi interim manet illa imperatrix

B5 &

1.

2.

3.

& dominatrix harum offendit  
num & affectuum caritas? de qua  
gloriose jactatur per ipsum Spiriti-  
tum sanctum : Universa delicta  
operit caritas. Et iterum : Misericordia  
gloriatur adversus judicium.  
Et iterum : Remittite & re-  
mittetur vobis. Nihil ne nos, qui  
aliis praedicamus caritatem, mi-  
sericordiam & remissionem, et  
jam nobis relinquemus caritatis?  
nihil oneris invicem portabimus?  
omnia ne faciemus, ut judicium  
glorietur adversus misericordiam?  
An delectat nos audire illud?  
*Turpe est doctori cum culpa redar-  
guit ipsum.* Immo quod horren-  
dum est, iram Dei in nos ipsos da-  
tores gratiae concitamus, dum  
nostris affectibus indulgentes,  
percutimus infirmos fratres, pro-  
pter quos Christus mortuus est,  
scandalo isto & dissidio periculo-  
so & odibili. Est enim & hoc unum  
de

de capitibus originalis peccati,  
 quod in fratre exigimus plus ju-  
 dicium quam misericordiam in  
 nobis, cum tamen plus exigenda  
 sit misericordia a nobis, quam ju-  
 dicium ex fratre, Es heisset / Liebe  
 soll für das Recht / und über das  
 Recht gehen. Quod si non potest  
 teneri hic ordo, funditus est ex-  
 tingendum judicium, quam per-  
 mittendum, ut æquetur judicium  
 misericordiæ, aut cum illa certet  
 aut litiget. Sicut Christus sustulit  
 funditus judicium nostrum, &  
 chirographum illud contrarium  
 nobis, antequā permitteret ipsum  
 æquari vel præferri caritati suæ  
 erga nos. Vereque dictum, sum-  
 mum jus summa injusticia. Om-  
 nino & simpliciter damnatum est  
 jus sive judicium tam apud Deum,  
 quam apud homines, si extra fi-  
 nes suos egressum caritati seu mi-  
 sericordiæ dominari aut æquari  
 volueret

voluerit: servire enim debet iudicium non dominari caritati. Alioquin est unum de quatuor istis malis, quæ turbant terram (ut Solomon ait) scilicet servus regnans, seu ancilla heres dominæ suæ.

*Cohortatio ad gratiam reconciliandam.* Quare per Christum, per omnia communia, quæ in illo habemus, & per congregationem nostram in illum, date operam solicitam & fidelem, ut mutua patientia, humilitate & remissione, hoc malum

1. in vobis sanetur. Respicite saltem nos, & desinete dolorem addere super dolorem, quia negare, non potestis, vulnus vestrum nostrum vulnus esse, & vobis per Satanam impeditis & vexatis, nos quoque impediri & vexari. Estis enim nostra corona & gloria in isto insigni loco. Recordamini, quantam vim hostium sustineamus, & eorum omnis generis dæmonum & hominum. Ne etiam nos
- 2.

nos ipsi invicem mordentes, consumamus seditione ista spiritus longe funestissima, quos unito spiritu oportuit mutuas dextras porrigeret, etiam cum vitæ jaætura contra tam multos, tam vigiles, tam infatigabiles hostes dies & noctes impugnantes. Et cum gaudeant uno ex nobis lapsi vel læso, quantum triumphabunt, si tantam Ecclesiam viderint multuis, & plus quam civilibus vulneribus prosterni? Hoc voluerit Satan, ut qui haætenuis omnibus suis portis tuimus invicti, nunc sine ipsius manu & ipso dormiente propriis manibus & intestinis cædibus concidamus. Hoc prohibeat pater omnis vitæ & consolationis, Amen. Quare, nisi melius vobis Spiritus suggererit, meum consilium fuerit, ut acute distinguatis inter istam caussam & pacem vestram. Et cum

*Consilium  
de modo in-  
eunda con-  
cordie.*

cum nullum sit Ecclesiæ periculum, si hanc cauſam finatis vel ad tempus sopitam (utinam extinctam) jacere, donec tutiore & meliore tempore, & animis in pace firmatis, & caritate adunitis, eam secundum omnem voluntatem disputetis: hoc tempore & animis sic affectis, venenum est eam disputari, aut hoc hulcus seu carbunculum tangere. Deinde si publica Absolutio, quæ fuit conclusio petita per hanc disputacionem, obtinuit & triumphavit, imitamini exemplum Atheniensium, & sancite amnestiam, cum iterum hic nullum sit periculum Ecclesiæ. Et hoc plane debetis, ne istam cauſam præferatis paci & caritati vestræ & omnium. Fingite interim ipsum Christum in medio vestri præsentem corporaliter, & ab ipsius vultu discite, utrum in hac cauſa debeat præferri.

THEASOR

ri. Is absque dubio , vel oculis  
 suis, sic alloquetur corda vestra:  
 Quid facitis, carissimi filii, quos  
 meo sanguine redemi, meo ver-  
 bo regenui, ut diligeretis in vicem,  
 hanc esse notam discipulorum  
 meorum scitis. Ponite hanc cau-  
 fam, vel in me rejicite, ego vide-  
 ro, nihil periculi est, si quiescat  
 vel etiam moriatur haec caussa.  
 Nihil nocet Ecclesiæ meæ, si pu-  
 blica Absolutio regnet, sed hoc  
 erit periculum, si dissidenteis &  
 mordeanteis invicem. Hic non  
 tantum scindetis meam inconsu-  
 tilem tunicam, sed dimembrabi-  
 tis & lacerabitis corpus meum.  
 Nolite sic contristare Spiritum,  
 quo estis obarrhati ad diem salu-  
 tis. Nolite angelos sanctos in cœlo  
 gaudiis suis spoliare. Nolite fra-  
 tres vestros & universam Eccle-  
 siam turbare & scandalizare. No-  
 lite hostibus meis & vestris vos  
     ipsos

150  
 150  
 228

ipsos ridiculum facere. Nolite  
 Satanæ gaudia & triumphos mul-  
 tiplicare. Satis est vobis alias ob  
 nomen meum malorum. An ego  
 non plus sum vobis, quam omnes  
 caussæ, omnes affectus, omnes  
 offensiones? Ita ne fortius pene-  
 trant & hærent verba aliqua fra-  
 tris, vel iniqua molestia, quam  
 mea vulnera, meus sanguis, quam  
 totus ipse Saluator Jesus Christus?  
 Talia certe & longe pulcrius &  
 copiosius loquentur vobis oculi  
 ejus pulcerrimi & vino rubicun-  
 diores, modo in medio vestri sta-  
 re eum sinatis, & fixis in vultum  
 ejus oculis, taceatis caussam &  
 affectus vestros. Nam hoc fac  
 silentio, quid aliud dicet, quam,  
 Pax vobis, nolite timere: tum  
 ostendet vobis vulnera sua, & te-  
 get vestra ulcera & tubera &  
 sic erit vobis omnibus salus &  
 gaudium. Plura scriberem, sed  
 magis

*Epilogus  
 παθη-  
 κος.*

magis vellem apud vos voce uti,  
 confidens me operante Christo  
 aliquid effecturum esse. Sed  
 cum sitis viri, quibus dedit sa-  
 pientiam suam nosse, non de-  
 spero, quin his literis datam  
 occasionem intelligatis plus sa-  
 piendi, quam ego scribere & di-  
 cere possim. Simul autem quia  
 & homines estis, nec dum a  
 morte resurrexitis, nihil vobis  
 mirum videbitur, si aliquid hu-  
 mani passi fueritis, sed tamen ut  
 haec tenus humanum fuerit, &  
 humanum esse non desinat, &  
 non in dæmonium vertatur. Hu-  
 manum est irasci, sed additum est,  
 nolite peccare. Offendi huma-  
 num est, sed non reconciliari,  
 diabolicum est: non offendи au-  
 tem aut non offendere Angeli-  
 cum, vel, quod idem, Christia-  
 num. Quo cum nondum per-  
 venerimus, justum est, ut velut

C inci\*

incipientes & initia habentes  
 Christianorum , si non vitaveri-  
 mus aut non pertulerimus of-  
 fensas, veniam invicem & demus  
 libenter, & vitam nostram in il-  
 lam petitionem involuamus: Di-  
 mitte nobis debita nostra , sicut  
 & nos dimittimus debitoribus  
 nostris. Ipse Dominus Jesus pax  
 & misericordia nostra , lætificet  
 vos , hoc est , det vobis pace &  
 misericordia invicem superare,  
 & jurgia ac dissidia vestra forna-  
 ce caritatis absumere, AMEN.

*Vester frater & servus  
 D. Mart. Luterus.*

PHI.

¶ 910  
naturae et concordia  
et consonantia est  
non. Divinitus enim non est  
in discordia. Non enim  
est discordia in concordia. Non  
est discordia in consonantia. Non  
est discordia in natura. Non  
est discordia in concordia.

**PHIL. MELANTHONIS**  
AD  
**CONCIONATOREM QVENDAM**  
**NAUMBURGENSEM**  
**EPISTOLA.**

C 3

*Dolor de  
diffidiis in  
Ecclesia.*

*Reprehensio  
convitian-  
tis ex mera  
suspicione.*

**C**um epistola tua in confessu nostro legeretur, cum dolore tot senum gravissimorū virorum & aliorum omnium auditā est. Vere enim dolemus, paſſim in teneris Ecclesiis non necessarias discordias oriri, quæ non ſolum populi voluntates distrahunt, & ab Evangelio alienant, ſed etiam ipsam lucem Evangelii, immensa Dei bonitate redditam nobis, paulatim extinguent, ut antea ſæpe accidit. His tantis periculis moveri nos & alios, qui aliquam gubernationis partem sustinent, justissimum eſt. Deinde tu nobis nonnihil reprehendendus videbaris, qui, cum nondum ſcias, an hic ſecus de te locutus ſit Doct. Nicolaus Medlerus, ac petis a nobis, ut ejus tibi sermonem ſignificemus: tamen quaſi responsum ſit, magna eum orationis acerbitate inſectaris. Itaque valde mirati fuſmus, te tantum ex tuis ſuspicionibus

bus collegam tuum condemnare.  
 Ut autē scias, non fuisse caussam,  
 cur apud nos tanta orationis vio-  
 lentia adversus eum utereris, ve-  
 re tibi significamus, Doct. Nico-  
 laum Medlerum hic non solum ni-  
 hil contra te dixisse, sed etiam a-  
 manter de te locutum esse. Id af-  
 firmant Reverendi Viri Dn. Doct.  
 Mart. Lutherus, Johannes Bugen-  
 hagen Pomeranus, Pastor Ecclesiæ  
 nostræ & cæteri, cum quibus nos  
 quidem familiarissime loqui Med-  
 lerum arbitramur, D. Caspar  
 Cruciger & M. Georgius Rora-  
 riū. Cum igitur tua oratio tota  
 ex inanis suspicione nata sit, apud  
 nos, qui & tibi & Medlero be-  
 ne volumus, causam modera-  
 tius agere debebas. Cum au-  
 tem fontes discordiæ nesciamus,  
 & cognitionē integrā Reveren-  
 diffissimo Domino Episcopo Nao-  
 burgensi relinquendam esse cen-  
 seamus, plura de redicere nolu-  
Remittitur  
controversia ad Episcopum.

C 3                    mus.

*Adhortatio  
ad concordia-  
m & aqui-  
tatem ac  
moderatio-  
nem.*

mus. Utriq[ue] vero tibi & Medlero  
hortatores sumus & erimus, ut  
propter Deum & ecclesiæ salutem  
ex animis vestris suspiciones o-  
mnes, & simultates ejiciatis, inju-  
rias, si quæ inciderunt, oblivisca-  
mini, & restituta inter vos concor-  
dia, eandem Evangelii doctrinam,  
una voce & uno spiritu sonetis, &  
universam Ecclesiam conjunge-  
re, non in factiones distrahere stu-  
deatis. Qua in re primum hæc vo-  
luntatis inductio necessaria est,  
ut communi tranquillitati servi-  
re velitis; quod si facere decre-  
veritis, ut debetis, ars etiam adhi-  
benda est, ne occasiones rixarum  
captetis, sed quadam æquitate  
alter alterius dicta & facta bo-  
ni consulat. Nam si vel calumnio-  
se vel summo jure de singulis di-  
ctis aut factis contendere cœperi-  
tis, quotidie novi inter vos tumultus exorientur. Quare vos propter  
Filiū Dei, Dominū Jesum Chri-  
stum

stum, & propter ecclesiam & ve-  
 stram salutem oramus, ut & silen-  
 tio dissidium vestrum obruatis, &  
 deinceps tueri concordiam mo-  
 deratione animorum studeatis.  
 Fortassis aliquæ pugnaces naturæ  
 gloriosum sibi ducunt, semper  
 bella ciere. At sapientissimo-  
 rum doctrina in Reipublicæ gu-  
 bernatione fiat hortatrix, ut ci-  
 ves omnes ament & alant omni  
 officio concordiam. Qua de re  
 plurima recitari ex omni antiqui-  
 tate possent. Sed nos vocem Fi-  
 lii Dei audiamus, qui ante ago-  
 nem suum & Apostolis ipsis præ-  
 cepit concordiaë studium, & a Pa-  
 tre æterno petivit, ut mentes do-  
 centium mutua benevolentia &  
 æterno fœdere copulet: Pater, in-  
 quiens, serva eos, ut sint unum, si-  
 cut nos unum sumus. Moveamur  
 ergo præcepto divino toties repe-  
 titio, & precatione effusa ex arden-  
 tissimo pectore Filii Dei, ne aut æ-

*Vox Christi*  
 & exemplum πατερικος  
 propositionem

C<sub>4</sub> mu-

mulatione aut cupiditate vindictæ impelli nos ad turbandom veterem tranquillitatem sinamus. Imo etiam justum dolorem vincimus, & obliiti injuriarum pacem publicam tueamur. Quod ut faciatis, vos quoque cum veterum, Jacobi, Davidis & aliorum multorum optimorum virorum, tum vero hujus ætatis multa hortentur. Quam multa enim sapientes Principes publicæ pacis causa nunc tollerant, quorum vos dolores considerare, & animorum moderationē imitari decet. Quid agitis? Quid alienius esse ab Ecclesiæ doctoribus decet, quam cereis affectibus animos tanquam navem ventis permettere? Si impellit ambitio, conferamus nos ad imaginem Filii Dei. Quid indignius est, quam nos certare gloria, cum Filius Dei ita exuerit suam gloriam, ut reus esse voluerit tuæ nostræ & omnium turpitudinis, perinde ac si ipse sese

con-

*Imago singularis modestiae in Christo.*

contaminasset his ipsis flagitiis,  
 quibus homines maxime defor-  
 mari se intelligunt. Jacet Filius  
 Dei prostratus coram æterno Pa-  
 tre, sudans sanguinē, ac derivans  
 in se iram. Fatetur, se reum esse  
 nostrarum turpitudinum, & vide-  
 tur inquinatior omnibus homini-  
 bus. Interea nos ardemus cupidi-  
 tate gloriæ, antecellere volumus  
 non virtute, sed stultis populiju-  
 diciis. Videri volumus docti, ju-  
 sti & semidei. Agnoscamus hanc  
 nostram stultitiam, & nos emen-  
 demus, ac abjiciamus nos ipſi, &  
 æquis animis contemtum fera-  
 mus, quia re vera sumus longe  
 inferiores nostra de nobis opini-  
 one. Hanc modestiam si indu-  
 mus, tamen nondum adeo nos  
 abjiciemus, ut se abjecit Filius  
 Dei. Pudeat nos arrogantiæ  
 nostræ, cum videmus Filium  
 Dei se usque adeo abjecisse. At  
 objicitur, ministerii dignitatem

*Prætextus  
communio.*

C5 de-

defendendam esse: imo cum u-  
terque sit Evangelii minister,  
parcendum est ministerii digni-  
tati. Deinde sciamus, hos ho-  
nestos titulos s̄epe privatis affe-  
ctibus prætexi. Cum autem ha-  
beatis Episcopum intelligentem  
& amantem Evangelii, huic per-  
mittite, ut judicet, ubi ministe-  
rii dignitas periclitetur. Postre-  
mo etiam pio Principi & nobis  
parcite, quorū & dolorem & curas  
augetis, quas circumferimus assi-  
duas. Nam lecta tua epistola, non  
*Fructus ta-*  
*lium certa-*  
*minum.*  
tantum cogitatione præsentium  
malorum excruciamur, sed et-  
iam futurorū. Quid enim futurum  
est ad posteros, si propter leves  
causas tā atrocia certamina inter  
collegas oriantur? Quantæ erunt  
dissipationes? Et odia factionum  
incitant animos ad quærendas di-  
versas opiniones. Ita s̄epe accēsæ  
sunt hæreses. Hæc mala ut aver-  
tat Deus, ardentibus votis preca-  
mūr,

mur, & omnes honesti gliscentia  
 eorum semina omni studio oppri-  
 mere debent. Hæc ad te ut scribe-  
 remus, quadā officii ratione moti  
 fuimus, & exemplum epistolæ no-  
 stræ Doctori Medlero mittemus,  
 quem ipsum etiam non solum ad-  
 hortabimur ad deponendā hanc  
 similitatem, sed etiam obtestabi-  
 mur, ut quadam diligentia digna  
 viro gravi caveat, ne irritasse  
 quenquā videatur. Tuam episto-  
 lam ei non ostendemus, ne accen-  
 datur verborum contumeliis. Et a  
 te petimus, ut deinceps ad nos  
 scripturus, præsertim de collega  
 divini ministerii, omittas scurrili-  
 um forensum verborum inepti-  
 as, ac de rebus ipsis verecunde &  
 graviter dicas. Postremo rursus  
 Deum æternum Patrem D.N.Jesu  
 Christi oramus, ut ecclesiam sibi  
 æternam in his regionibus colli-  
 gat, erigat & servet, & scandala ac  
 furorem diaboli reprimat. Bene-  
 vale. Die Joh, Bapt. 1545.

Epilogus  
1545

## APPENDIX.

**A**Dexplendum pagellarum spaciū  
lubet item annexere, quae huc spe-  
ctant, Phil. Melanthonis in *adbor-  
tatione ad eos*, qui docent in Ecclesia Nori-  
bergensi, longe gravissima verba, sele-  
ctorum ejus declamationum tom. III.  
p. 676. sqq. Sunt autem ista:

Scitis in omni societate honesta,  
quantum bonum, quam necessaria sit  
*Concordia* concordia. Sed nos non solum utilita-  
in omni so- tes consideremus, sed primum omnia  
cietate ma- vota & gemitus Filiī DEI intueamur,  
xime necef- qui in illo mirando agone suo orat Pa-  
faria. trem æternum, ut faciat, ut unum in  
ipso simus. Nec ulla vox ardentior un-  
quam in coelo & in terra hac precatio-  
ne audita est. Neque vero hæc petitio  
illo tantum tempore dicta est, sed inde  
usque ab initio, donec Ecclesia in hac  
hominum infirmitate colligitur, in illo  
arcano consilio divinitatis assidue re-  
petitur, ac nunc quoque pro nobis æ-  
terno Patri proponitur.

Nec sunt irrita hæc vota, & copulat  
*Quorum a-* Deus piorum animos: sed vult in no-  
*nimi facile* bis etiā studium esse tuendæ conjuncti-  
*conjungun-* onis & concordiæ. Non copulat illorū  
pectora, qui volentes aut frenos laxant  
privatis affectibus, ambitione & odiis,  
aut

aut levitate ac petulantia ingeniorum,  
 & curiositate, aut perversitate naturæ  
 delectantur ludis opinionum, Sophisti- *Saul.*  
 ca & rixis. In Saule, in Joab ardet am- *Joab.*  
 bitio.

Hi cum doleant sibi alios anteferri,  
 & quasi gloriæ suæ circumfundi tene-  
 bras, tollere illos è medio conantur. In *Achitophel.*  
*Achitophel*, in Semeia, etiamsi ipsi re- *Semeia.*  
 gnum nec spectant, nec appetunt, ta-  
 men aliis de causis injusta odia accensa  
 sunt, quibus incitantur, ut ruuentem  
 quantum possunt, impellant. Ultrius-  
 que generis exempla non rara sunt o-  
 mnibus temporibus.

Qui igitur horum affectuum ambi-  
 tionis, & odii flamas non student re-  
 stinguere, hi vota & gemitus Filii Dei,  
 horribili furore aspernantur, ac proce-  
 dunt deinde ad has Tribunicias artes,  
 quærunt causas plausibiles, ut olim e-  
 rant Agrariae leges, & novæ tabulæ, fin-  
 gunt calumnias, serunt suspiciones,  
 muniunt se factionibus, & variis acuunt  
 rumoribus iras. Astute & ipsas causas  
 armant & Sophistica & Pericleis ful-  
 minibus verborum. &c.

Cum igitur maximarum dilacera- *Ambitioni,*  
 tionum in Ecclesia & imperiis causæ *odio & vino*  
 sint,

dictæ cupiditatem, hi caeci adfectus ambitio & odia  
et atque opponenda. Filius Dei hanc gravissimam concio-  
nem: Discite a me, quia mitis sum &  
humilis corde. Huic voci Filii Dei ob-  
temperemus, nec irae, odii, cupi-  
ditati vindictæ indulgeamus, nec am-  
bitione de nostra gloria dimicemus,  
nec obtricatione, nec sugillationibus  
odia incendamus. Sed sit in judican-  
do candor, quædam etiam communis  
infirmitati condonemus, aut si neces-  
saria videtur admonitio, placide ad-  
moneantur illi, quibus inspectio Ecclesie  
commendata est. Denique discer-  
namus etiam hostes & cives: prælie-  
mur cum hostibus, cives infirmos, hoc  
est Collegas in eadem vera Ecclesia,  
aut placide sanemus, aut sapienter tole-  
remus. Pericles reprehensus est, quod  
omissis civitatis hostibus incurreret in  
amicos præstantissimos cives.

Nam Cimonem ex urbe expulit, E-  
phialtem etiam dolo necasse scribitur.  
Contra laudati Themistocles, Aristides,  
Camillus, Fabius, Scipio, quod socio-  
rum ambitioni cesserunt, & injurias a  
civibus acceptas placide tulerunt. Et  
universæ civitatis Atticae moderatio  
pro-

*Themisto-  
cles & alii  
laudati.  
athenienfi-  
um mode-  
stia.*

profuit toti Græciae, quod primum ad Artemisium cessit summam imperii Lacedæmoniis.

Deinde ad Plateas, cum Arcades locum priorem sibi tribui peterent, responderunt Athenienses, non hoc tempore de loco seditiones movendas esse, sed ubique collocarentur, se annexuros esse, ut viri boni, essent. πάντη τεταγμένοι περηφόρεσθαι εἴησαν Χρηστοί. Et nota est vetus admonitio de Syncretismo.

Multos autem vidimus his viginti annis in Ecclesiis nostris, qui omissis communibus hostibus, privato adfatu in collegas, & quidem amicos, magna acerbitate animorum, imperium fecerunt. Ita velut Cadmei fratres inter nos infeliciter dimicamus.

Quia in re primum preecepta divina de concordia consideranda erant: deinde & misericordia Ecclesiae moveri nos omnes oportuit, quæ est saucium & ægrum corpus, cuius vulnera magis vel privato odio, vel ingenii ostentatione lacerare, magna crudelitas est.

Pingitur Ecclesia in Viatore saucio, hunc Samaritanus molliter vehit in disversorium, non in carnificinam, aut in la-

Cadmei fratres.  
tres.

Ecclesia in  
Viatore  
saucio depic-  
ta.

Iatomias, & curari eum jubet. Ac Filius Dei ipse inquit, se gestare Ecclesiam, ut pastor in gremio tenellos agnos recens editos gestat.

Hoc exemplo & nos, quantum possumus, coetus nostros, quorum profecto magna est infirmitas, soveamus, & consociemus, & conjunctionem nostram omnibus piiis officiis tueamur, & simus memores dulcissimae concionis, qua in Johanne scriptum est: Deus dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo. Hanc amplissimam promissionem conferamus ad illud dictum Salomonis: Abominatio est coram Deo, qui inter fratres dissidium excitat. Manebis in Deo, & Deus erit in pectore tuo, gubernabit, custodiet & servabit te, si piiis officiis communem conjunctionem tueris. Deseret autem te & horribiliter puniet, si sine necessariis causis eam dilacerabis, sicut & Paulus inquit: Qui conturbat vos, judicium portabit, quisquis est.

*Diffidii au-  
tētores co-  
ram Deo  
sunt abomi-  
nabiles.*




Ac  
le  
sa  
of  
0-  
08,  
10-  
&  
15,  
di-  
ne,  
ens  
2-  
0-  
2-  
20,  
22-  
24-  
fi-  
ue-  
ter  
m  
bui  
ll,



F. Reppien.





the scale towards document

primum ad  
am imperii

Arcades lo-  
eterent, re-  
, non hoc  
s movendas  
carentur, se  
poni, essent,  
ómeida sivas  
s admonitio

s his viginti  
, qui omissis  
privato adfe-  
em amicos,  
rum, impe-  
Cadmei fra- Cadmeifrago  
dimicamus. tres.  
pta divina de  
erant. dein-  
siae moveri  
e est saucium  
ilnera magis  
enii ostenta-  
rudelitas est. Ecclesiast  
tore saucio, Viatore  
er vehit in di- saucio depia  
cinam, aut in g.a.  
12-

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 011  
Patch Reference numbers on UTT